Lang.

GRAMMATICA

LINGUÆ NUMIPU.

AUCTORE

PRESBYTERO MISSIONARIO E SOC. JESU

IN MONTIBUS SAXOSIS.

Rev. Joseph M. Cataldo

TYPIS PUERORUM INDORUM,

DESMET, IDAHO.

A

NUMIPU OR NEZ-PERCE

GRAMMAR.

BY

A MISSIONARY OF THE SOCIETY OF JESUS

IN THE

ROCKY MOUNTAINS.

INDIAN BOYS' PRESS,

DESMET, IDAHO.

1891

JOSEPHO VIRO SANCTISSIMO

DEI GENITRICIS SPONSO

CUJUS SUB TUTELA NUMIPORUM GENS MANET

NUMIPICA QUOQUE HÆC GRAMMATICA

INSCRIPTA ESTO ATQUE DICATA.

DE NOMINE.

PARTITIONIS RATIONES.

In nominibus distribuendis assumo, tamquam distinctionis characterem, eam nominis modificati formam, quæ verbi transitivi subjectum exprimendi vim habet. Cumque hujusmodi formæ sint potissimum tres, hinc facile in totidem classes (vel declinationes, si hac malueris uti voce,) omnia distribui nomina possunt. Itaque 1ª classis complectitur nomina quorum est forma *Nim*, 2ª classis forma *Nm*, 3ª classis denique forma *M*.

Iª Classis, forma Nim.

1. Classis hæc complectitur nomina, quorum vocalis duplex est desinentia, dummodo non sit *ua*, *ue:* v. g.

Sáai,	saáinim	Scabies
Séei,	seéinim	Vermis
Iláyau,	ilayáunim	Piger
Pátoi,	patóinim	Ramus
Máskoi,	maskóinim	Carbunculus.

2 Nomina in *n* desinentia, si duplex præcedit vocalis, dummodo accentus non sit in posteriori; v. g.

Iláin,	iláinim	Pigritia
Kizéin,	kizéinim	Pudor
Zikáun,	zikáunim	Timor
Iyéun,	iyéunim	Miseratio
Lilóin,	lilóinim	Gaudium
Uyúin,	uyúinim	Derelictio.

3. Nomina ex verbis in *liza*, *kza*, *pza*, *tza* desinentibus derivata; v. g.

Muklín,	muklínim	Sudor
Zíekin,	zíegnim	Loquela, verbum.
Tillápin,	tillápnim	Dolor de carorum absentia
Lamámtin,	lamámtnim	Molestia, tædium.

4. Participia quorum desinentia est *in;* v. g.

Tímenin,	timenísnim	Signatus, scriptus

5. Composita ex societatis vel qualitatis particula *in;* v. g

Hámin,	hamísnim	Virum habens
Zillaktín,	zillaktísnim	Corpus habens.

6. Nomina quorum *g*, *m*, *s*, *p*, *z* desinentia est; v. g.

Ipég,	ipégnim	Panis
Hátim,	hatímnim	Brachium
Uétes,	uétesnim	Terra, regio
Kapkáp,	kapkápnim	Populus (arbor)
Pízpiz,	pizpíznim	Felis.

7. Nomina ex verbis in *ksa*, *msa*, *psa* finientibus derivata, quorum *mt*, *pt*, *kt* est desinentia; v. g.

Kiéikt,	kiéiknim	Iter.
Ikúitimt,	ikúitímnim	Dictum verum
Ilatápt,	ilatápnim	*To* reputare imbecillum.

2ª Classis, forma Nm.

1. Hæc classis comprehendit nomina, quorum vocalis simplex est desinentia; attamen composita, quæ desinunt in syllabam *ku*, *ma*, ad 3.am pertinent classem; v. g.

Háma,	hámanm	Vir, maritus
Méke,	mekénm	Nix
Núsnu,	nusnúnm	Nasus.

2. Nomina quorum desinentia est *iue*, *ue*, *ua;* v. g.

Síue,	siuénm	Frons
Písue,	pisuénm	Saxum
Uyáua	uyáuanm	Præparatio.

3. Nomina in *n* desinentia, quæ derivantur a verbis in *kiza, piza;* v. g.

Tinúkin,	tinukínm	Mors
Túpin,	tupínm	Messis.

4. Nomina a verbis non derivata, quorum *n* est desinentia, simplici vocali præeunte; v. g.

Titókan,	titókanm	Homo
Sákan,	sakánm	Vertex (capitis)
Píkun,	pikúnm	Flumen.

5. Composita ex particula *leikin;* v. g.

Tinukléikin,	tinukléikinm	Morti proximus.

6. Nomina ex verbis in *kisa*, *misa*, *pisa* terminantibus formata, quorum *kt*, *mt*, *pt* desinentia est: v. g.

Nekt,	nekínm	Veluntas, opinio
Misémt,	misemínm	Mendacium
Hipt,	hipínm	Cibus.

7.. Nomina a verbis non derivantia, quorum *kt* est desinentia; v. g.

Sukt,	sukúnm	Radix, origo, causa.
Żillákt,	zillakánm	Corpus
Nukt,	nukúnm	Caro.

8. Nomina quæ desinunt in *it*, *uit*, *ut:* v. g.

I'skit,	iskínm	Via
Hétéuit,	hétéuinm	Amor
Illút,	illúnm	Venter.

9. Nomina quorum desinentia est *at*, *et*, partim; quia partim ad classem 3.am pertinent; v. g.

Saikíptat,	saikíptanm	Medicamen
Kikét,	kikénm	Sanguis
Ipézet,	ipézenm	Nebula.

3ª Classis, forma M.

1. Classis hæc continet nomina composita, quorum *ku*, *ma*, *tua* desinentia est; v. g.

Akamkíniku,	akamkínikum	Excelsus, Deus.
Alláima,	alláimam	Incola litoris, Gallus
Zikétpeme,	zikétpemem	Nocturnus
Láutua,	láutuam	Amicus, affinis.

2. Nomina quorum desinentia est *uat;* v. g.

Hanieuát.	hanieuatóm	Factor, Deus
Tamáluiauát,	tamáluiauatóm	Legislator.

3. Nomina desinentia in *at*, *et*, partim; nam, ut jam superius dictum est, partim ad 2.am classem pertinent.; v. g.

Téget,	tégetum	Cœlebs, juvenis
Háyat,	háyatum	Mulier
Piimnét,	piimnetúm	Adolescens.

4. Nomina in *l* desinentia; v. g.

Zikámkal,	zikámkalm	Canis.

5. Huic classi adcensentur cognationis nomina generatim et in particularibus adjunctis. Talia nomina, cum specialem præseferant difficultatem, accuratiori postulant tractari ratione ut inferius patebit; v. g.

Natót,	natótam	Meus pater
Neíz,	neízem	Mea mater
Háma,	hámapim	Vir ejus.

Numerus hic quintus, cum in inflexione verbi transitivi objectum exprimente præseferat desinentiam penitus specialem, poterit (si libuerit) classis 4ª vocari.

Animadversiones in tres statutas classes.

Regulis jam præstitutis exceptionis et adnotationis instar addere plura oportet. Sequentia itaque teneto:

1. Nomina Táma, Zuáku, etsi non sint composita, pertinent ad classem 3;am hinc in inflectendo dic; Támam, Zuákum.
   Nomen Timái, quamvis in duplicem desinat vocalem, ad classem. 2am pertinet; hinc in inflectendo dic: Timáinm.
   Hujusmodi inflexionis diversitas suppeditat rationem explicandi duplicitatem inflexionis, quæ passim auditur quoad plura alia nomina. Itaque diversitas tribuenda videtur idiotismo vel dialecto. Porro sæpe audies:

Nukúnm	et	Nukúnim	Caro
Zillakánm	,,	Zillakánim	Corpus
Pisínm	,,	Pisínim	Pater (meus, tuus)
Pikénm	,,	Pikénim	Mater (mea, tua)
Uasuasnúnm	,,	Uasuasnúnim	Gallina.

2. Derivata et composita ex verbo átza, quia in *t* desinunt, in classem 2am recensentur; hinc dicitur:

Átinm	ex	Átit	Exitus (sensu intransitivo)
Inakátinm	,,	Inakátit	Exitus (sensu transitivo)
Nikétinm	,,	Nikétit	Extricatio.

3. Participia, quæ desinentiam *in* habent, et composita ex societatis particula *in*, interserunt *s* inter *i* et *n;* ideoque dicendum:

Timenísnim	ex	Tímenin	Signatus, scriptus
Taatkísnim	,,	Taátkin	Correctus
Hamísnim	,,	Hámin	Habens virum.

4. Formata ex verbis, quorum desinentia est *kza*, *pza*, *tza*, supprimunt vel transferunt vocalem *i*; v. g.

Zíegnim	ex	Zíekin	Loquela
Tillápnim	,,	Tillápin	Dolor de carorum absentia
Lamámtnim	,,	Lamámtin	Molestia, tædium, fastidium.

5. Nomina 1æ et 2æ classis, quorum desinentia *n* est, non redu-

plicant *n* cum inflectuntur; hinc scribe;

Zikáunim	ex	Zikáun	Timor
Tinukínm	„	Tinúkin	Mors.

6. Si vi inflexionis contigerit, ut littera *n* sequatur litteram *k*, (qui casus in derivatis a verbis in *za* et *ksa* desinentibus habere locum tautum potest,) hæc teneto:
a. Si nomen ex verbo in *za* desinente formatur, *k* mutatur in aspiratam gutturalem *g*; v. g.

Zíegnim	ex	Zíekin	Verbum
Eyégnim	„	Eyékin	Fames.

b. Si vero nomen ex verbo in *ksa* desinente formatur, mutatio nulla fiet; v. g.

Kiéiknim	ex	Kiéikt	Iter.

7. Omnia 1æ et 2æ classis nomina in *t* desinentia elidunt semper *t* in forma subjecti et objecti verborum transitivorum; v. g.

Taátknim, taátkna	ex	Taátkt	Correctio
Kikénm, kikéne	„	Kikét	Sanguis.

Omnia autem 3æ classis nomina retinent *t* finalem; v. g.

Háyatum, háyatuna	ex	Háyat	Mulier
Inmetúm, inmetúne	„	Inmét	Tonitruum.

8. Nomina 2æ classis, quorum *kt*, *mt*, *pt* desinentia est, si a verbis in *kisa*, *misa*, *pisa* desinentibus derivantur, reassumunt litteram *i*, quæ erat in verbo, cum inflectuntur; v. g.

Nekínm,	nekíne,	nekítki, etc.	ex	Nekt
Miseminm,	misemíne,	misemítki etc.	„	Misémt
Hipínm,	hipíne,	hipítki, etc.	„	Hipt.

Attamen littera *i* non reassumitur per inflexionem particularum affixarum *ain*, *in*, *inag;* hinc dic:

Hiptáin, hiptín, hiptíneg.

9. Nomina non derivata a verbis, quorum desinentia est *kt*, *st*, assumunt in inflexione aliquam vocalem, quæ est identica cum ultima vocis vocali; v. g.

Sukúnm,	sukúne,	sukútki, etc.	ex	Sukt.

Zillakánm,	zillakána,	zillakátki, etc.	ex	Zillákt
Pisínm,	pisíne,	pisítki, etc.	„	Pist.

10. Nomina, quorum *g*, *s*, *z* est desinentia, præeunte consonante, interserunt vocalem aliquam inter *g*, *s*, *z*, et præcedentem consonantem, et sic inflectuntur in omnibus fere modificationibus (vel casibus.) Vocalis inserenda eadem est, quæ dominatur in voce non inflexa, vel affinis; v. g.

Ualáznim,	ualázna,	ualázki, etc.	ex	Uálz.	Culter, ensis
Ekésnim,	ekésne,	ekéski, etc.	„	Eks.	Pus
Lalágnim,	lalágna,	lalágki, etc.	„	Lalg.	Semen
Itúgnim,	itúgne,	itúgki, ec.	„	Itg.	Pulvis.

Attamen aliqua nomina discedunt ab hac regula; nam per inflexionem nihil hujusmodi accipiunt tamquam incrementum v. g.

Isemtúksnim,	isemtúksne,	isemtúkski, etc.	ex	Isemtuks
Izpálgnim,	izpálgna,	izpálgki, etc.	„	Izpálg.

11. In aliquibus nominibus inflectendis *z* finalis mutatur in *s*; v. g.

Gagásnim,	gagásna,	gagázki	ex	Gagáz.

12. Nomina quorum desinentia est *kas*, *kaz*, dummodo participialia non sint, per inflexionem interponunt *i* inter *a...s*, *a...z*; v.g.

Sakaísnim,	sakaísna, etc.	ex	Sákas.	Umbra
Makaísnim,	makaísna, etc.	„	Mákaz.	Bene olens.

13. Nomina 3æ classis, quorum *t* est desinentia, interserunt *o*, *u* inter *t* et additam vi inflexionis desinentiam; v. g.

Miógatum,	miogatúna,	ex	Miógat	Princeps
Hanieuatóm,	hanieuatóna,	„	Hanieuát	Factor.

14. Cognationis nomina ejusdem 3æ classis interserunt generatim *a* vel *e* inter finalem litteram radicis et additam vi inflexionis desinentiam; v. g.

Nayázam,	nayázap	ex	Nayáz.	Major frater meus
Nenízem,	nenízep	„	Neníz.	Major soror mea.

15. Eadem 3^æ classis nomina cognationis et similia interserunt *p*, cum referuntur ad personam tertiam; v. g.

Pimégpim,	pimégpe	ex	Pimg.	Patruus ejus...
Hámapim,	hámapa	„	Háma.	Vir ejus.

16. Nomina, quorum est *l* desinentia, in inflexione objectum verbi transitivi exprimente assumunt *a* tantum; v. g.

Zikámkala	ex	Zikámkal.	Canis.

Notandum tamen est frequenter audiri „házualápa, házaulápg házualápkinig, necnon házualam loco házualm;" quare insertio vocalis *a* est apprime recta et toti tertiæ classi consona, quippe quæ aliquam vocalium sibi vindicat simul cum consonante *m*, quæ est tessera hujus tertiæ classis. Igitur expunctio vocalis *a* veluti idiotismus, vel saltem ut specialis dialectus reputanda videtur, præsertim quod coagulatio litterarum *lm* in totius linguæ Numipórum thesauris locum nullum habet.

Hinc dicito:

Házualam,	hazuála,	ex	Házual.	Puer.
Póholam,	póhola	„	Póhol.	Rivus.
Zikámkalam,	zikámkala	„	Zikámkal.	Canis.
Kualálkualàlam,	kualálkualála	„	Kualálkualál.	Campana.

Nota: Usus litteræ *a* vel *e*, exceptis vocum radicibus, pendet a dialectica diversitate, nec non a legibus euphoniæ. Hinc in regulis linguæ enunciandis, quæ de *a* desinentia stabiliuntur, valent etiam de *e*. Si igitur occurrent regulæ pro *ksa*, *za*, etc. statutæ, eædem intelliguntur de *kse*, *ze*, et sic porro. Præterea ratio regularum non ex desinentia *a* vel *e* deducenda est, sed ex modo, quo præeuntes litteræ conflantur.

PARTITIONIS NOMINUM

PROSPECTUS SYNOPTICUS.

1ª Classis.				2ª Classis.				3ª Classis.			
Kiéik*t*,	k	nim,	ne.	Nek*t*,	kí	nm,	ne.	Téget,	u	m,	ne,
Ilatáp*t*,	p	nim,	na.	Iní*t*,	í	nm,	ne.	Piimnét,	ú	m,	ne.
Ikúitím*t*,	m	nim,	ne.	Misém*t*,	mí	nm,	ne.	Hanieuát,	ó	m,	na.
Piínp*t*,	p	nim,	ne.	Hip*t*,	pí	nm,	ne.				
Laimíu*t*,	u	nim,	na.	Ini*t*,	í	nm,	ne.				
. . . .				. . . .				. . . .			
Pátoi,		nim,	na.	Méke,		nm,	ne.	Láutua,		m,	na.
Ástai,		nim,	na.	Háma,		nm,	na.	Akamkíniku,		m,	na.
Hetéu,		nim,	ne.	Núsnu,		nm,	ne.	Alláima,		m,	na.
. . . .				. . . .				. . . .			
Kizéin,		im,	e.	Titókan,		m,	a.	Házual,		m,	a.
Tilláp*in*,	pn	im,	a.	Píkun,		m,	e.	Póhol,		m,	a.
Hámi*n*,	ísn	im,	a.	Tinúkin,		m,	e.	Zikámkal,		m,	a.
. . . .				. . . .				. . . .			
Ipég,		nim,	ne.					Natót,		am,	ap.
Hátim,		nim,	na.					Neíz,		em,	ep.
Lál*g*,	ág	nim,	na.					Pis*t*,	ít	pim,	pe.
Sáka*s*,	aís	nim,	na.					Píke,		pim,	pe.

Nominum inflexionis Paradigmata.

1ª Classis: *ai.*

Sáai	Scabies, scabiem.
Saáinim	Scabies, scabiei.
Saáina	Scabiem.
Saáiki	De scabie, per scabiem.
Saáipa	In scabie, super scabiem.
Saáipg	In scabiem, versus scabiem.
Saáipkínig	Ex scabie.
Sáaiúazet	Propter scabiem, causa scabiei.
Saáizim	Nonnisi scabies.
Saayáin	Pro scabie, in favorem *remedium* scabiei.
Saayín.	Scabiosus.
Saayínag	Cum scabie.
Saainút	Sine scabie.
Sáailáikin	Prope scabiem.

1ª Classis: *aun.*

Zikáun	Timor, timorem.
Zikáunim	Timor, timoris.
Zikáuna	Timorem.
Zikáuki	De timore, per timorem.
Zikáupa	In timore, super timorem.
Zikáupg	In timorem, versus timorem.
Zikáupkínig	Ex timore.
Zikáuúazet	Propter timorem, causa timoris.
Zikáuzim	Nonnisi timor.
Zikáuáin	Pro timore, in favorem *remedium* timoris.
Zikáunin	Timor*osus*.
Zikáuínag	Cum timore.
Zikaunút	Sine timore.
Zikáuláikin	Timori proximus.

1ª Classis: *g.*

Ipég
Ipégnim
Ipégne
Ipégki
Ipégpe
Ipégpg
Ipégpkínig
Ipégúezet
Ipégzim
Ipakáin
Ipékin
Ipekíneg
Ipégnut
Ipégléikin.

Panis.

1ª Classis; *n.*

Tillápin
Tillápnim
Tillápna
Tillápiki
Tillápipa
Tillápipg
Tillápipkínig
Tillápiúazet
Tillápizim
Tillapáin
Tillápnin
Tillapínag
Tillapnút
Tilláplάikin.

Dolor de absentia carorum.

1ª Classis: *kt.*

Kiéikt
Kiéiknim
Kiéikne
Kiéikítki
Kiéikítpe
Kiéikítg
Kiéikítkínig
Kiéiktúezet
Kiéiktzim
Kiáiktáin
Kiéiktín
Kiéiktíneg
Kiéiknút
Kiéikléikin.

Iter.

1ª Classis: *s.*

Temikés
Temikésnim
Temikésne
Temikéski
Temikéspe
Temikésg
Temikéskínig
Temikésúezet
Temikészim
Tamikasáin
Temikésin
Temikesíneg
Temikesnút
Temikésléikin.

Sepulcrum.

1ª Classis: *m.*

Hátim
Hatímnim
Hatímna
Hatímki
Hatímpa
Hatímg
Hatímkínig
Hátimúazet
Hatímzim
Hatimáin
Hatímin
Hatimínag
Hatimnút
Hátimláikin.

} Brachium.

1ª Classis; *in.*

Illutín
Illutísnim
Illutísne
Illutíski
Illutíspe
Illutísg
Illutískínig
Illutísúezet
Illutíszim
Illutisáin
Illutísin
Illutisíneg
Illutisnút
Illutísléikin.

} Ventriosus.

1ª Classis: *ks.*

Maks
Makásnim
Makásna
Makáski
Makáspa
Makásg
Makáskínig
Makásúazet
Makászim
Maksáin
Máksin
Maksínag
Maksnút
Makásláikin.

} Fel.

1ª Classis: *as.*

Sákas
Sakaísnim
Sakaísna
Sakaíski
Sakaíspa
Sakaísg
Sakaískínig
Sakaísúazet
Sakaíszim
Sakasáin
Sakasín
Sakasínag
Sakasnút
Sákasláikin.

} Umbra.

2ª Classis: *e*.

Méke
Mekénm
Mekéne
Mekéki
Meképe
Meképg
Meképkínig
Mékeúezet
Mekézim
Makaáin
Mékin
Mekeíneg
Mekenút
Mekéléikin.

} Nix.

2ª Classis: *a*.

Háma
Hámanm
Hámana
Hámaki
Hámapa
Hámapg
Hámapkínig
Hámaúazet
Hámazim
Hamaáin
Hámin
Hamaínag
Hamanút
Hámaláikin.

} Vir.

2ª Classis: *n*.

Túpin
Tupínm
Tupíne
Tupíki
Tupípe
Tupípg
Tupípkínig
Túpiúezet
Tupízim
Tupiáin
Túpnin
Tupíneg
Tupinút
Túpiléikin.

} Messis.

2ª Classis *n*.

Titókan
Titókanm
Titókana
Titókaki
Titókapa
Titókapg
Tiókapkínig
Titókaúazet
Titókazim
Titokaáin
Titókanin
Titókaínag
Titokanút
Titókaláikin.

} Homo.

2ª Classis: *n.*

Zízkan Zízkanm Zízkana Zízkanki Zízkanpa Zízkanpg Zízkanpkínig Zízkanúazet Zízkanzim Zizkanáin Zízkanin Zizkanínag Zizkanút Zízkanláikin.	} Stragulum.

2ª Classis: *n.*

Píkun Pikúnm Pikúne Pikúnki Pikúnpe Pikúnpg Pikúnpkínig Píkunúezet Pikúnzim Pikunáin Pikúnin Pikunínag Pikunút Pikúnléikin.	} Flumen.

2ª Classis: *kt.*

Nekt Nekínm Nekíne Nekítki Nekítpe Nekítg Nekítkínig Nekítúezet Nekítzim Naktáin Nektín Nektíneg Neknút Nekléikin.	} Voluntas, Opinio.

2ª Classis: *kt.*

Zillákt Zillakánm Zillakána Zillakátki Zillakátpa Zillakátg Zillakátkínig Zillakátúazet Zillakátzim Zillaktáin Zillaktín Zillaktínag Zillaknút Zillákláikin.	} Corpus.

2ª Classis: *t.*

Ískit
Iskínm
Iskíne
Iskítki
Iskítpe
Iskítg
Iskítkínig
Iskitúezet
Iskítzim
Iskitáin
Iskítin
Iskitíneg
Iskinút
Iskíléikin.

} Via.

2ª Classis: *t.*

Inít
Inínm
Iníne
Inítki
Inítpe
Inítg
Inítkínig
Inítúezet
Inítzim
Initáin
Inítin
Initíneg
Ininút
Iníléikin.

} Domus.

3ª Classis: *a.*

Láutua
Láutuam
Láutuana
Láutuaki
Láutuapa
Láutuapg
Láutuapkínig
Láutuaúazet
Láutuazim
Lautuaáin
Láutuain
Lautuaínag
Lautuanút
Láutualáikin.

} Amicus. Propinquus,

3ª Classis: *l.*

Házual
Házualm
Házuala
Házualki
Házualapa
Házualapg
Házualapkínig
Házualúazet
Házualzim
Hazualáin
Házualin
Hazualínag
Hazualanút
Házualáikin.

} Puer.

3ª Classis: *t.*

Miógat
Miógatum
Miógatúna
Miógatúki
Miógatúpa
Miógatúpg
Miógatupkínig
Miógatuúazet
Miógatuzim
Miógatoáin
Miógatúnin
Miógatuínag
Miógatunut
Miógatuláikin.

} Princeps.

3ª Classis: *t.*

Inmét
Inmetúm
Inmetúne
Inmetúki
Inmetúpe
Inmetúpg
Inmetúpkínig
Inmetuúezet
Inmetúzim
Inmetoáin
Inmetúnin
Inmetuíneg
Inmetunút
Inmetúléikin.

} Tonitruum.

3ª Classis.

Natót
Natótam
Natótap
Natótamki
Natótampa
Natótamg
Natótamkínig
Natótaúazet
Natótazim
Natotáin
Natótin
Natotínag
Natotnút
Natótláikin.

} Meus pater.

3ª Classis.

Pist
Pisítpim
Pisítpe
Pisítki
Pisítpe
Pisítg
Pisítkínig
Pisítúezet
Pisítzim
Pistáin
Pisitín
Pistíneg
Pisnút
Pisítléikin.

} Pater ejus.

Affixarum particularum nominumque inflexionis Explanatio.

1. Nomen absque ulla transformatione vel additione est intransitivi verbi subjectum, vel complementum verbi transitivi, non tamen objectum.
2. Si nomini additur *nim*, *nm*, *m*, habetur transitivi verbi subjectum, vel possessor exprimitur.
3. Nomen assumit *na*, *a*, *ap*, *pa*, vel *ne*, *e*, *ep*, *pe* si est objectum actionis per verbum significatæ.
4. *Ki* exprimit instrumentum vel medium, (*de*) rem circa quam versatur actio, auctoritatem, vim ex qua agitur.
5. *Pa* vel *pe* denotat (*in* sine motu) locum actionis, *super*, *apud*.
6. *G* denotat terminum in quem tendit actio, et latine significat adamussim *in*, *erga*, *versus*.
7. *Kinig* exprimit originem, terminum ex quo, et latine bene dicitur *ex*.
8, *Uezet* signat causam motivam, cujus intuitu ponitur actus, *propter*.
9. *Zim* est *solummodo*, *tantummodo*, *nonnisi*.
10. *Ain* est *in bonum*, *in favorem*, *pro*, exprimitque finalem causam.
11. *In* denotat societatem *(cum)* per modum qualitatis.
12. *Ineg* denotat societatem *(cum,)* ita tamen ut res consociatæ existere concipiantur, vel existant seorsim sumptae.
13. *Nut* privationem notat, et bene redditur latine *sine*.
14. *Leikin* est *prope*, *proximus*.

Nota: Si vox desinit in *vocalem* vel *g*, non appingitur simpliciter *g*, *kinig*, sed *pg*, *pkinig*.

Nota: particulæ affixæ æquivalent, ut patet, præpositionibus latinorum, quas vocamus *affixas*, quia vocibus non præponuntur.

Affixarum particularum regulæ.

1. Regulam fixam communemque sequuntur particulae: *ki*, *pe*, *g*, *kinig;* ideo voces quibus appinguntur, si sunt capaces accipiunt incrementum juxta certas leges.
2. Regulam fixam habent particulae: *ain*, *in*, *inag*, *nut*, *leikin:* et quidem tres priores non alterant voces, quibus affiguntur; sed duæ posteriores elidunt *t*, in fine vocis, cui adduntur. Dantur tamen exceptiones quoad nomina 3æ classis.
3. Regulam fixam communemque observant particulæ: *uezet*, *zim;* proinde voces, quibus agglutinantur, assumunt, si sunt capaces, incrementum. Attamen excipitur Ipélikilikt et voces cognatæ, quæ incrementum repudiant.
4. Littera *n* finalis generatim expungitur per harum particularum additionem; quod euphoniæ gratia contingit. Dantur tamen exceptiones, et quandoque pro lubitu.
5. Voces suapte natura, vel per elisionem *n* finalis, in vocalem desinentes non assumunt *g*, *kinig* simpliciter, sed *pg*, *pkinig*. Idem dicito de desinentibus in *g*.
6. Participia omnia, quæ in syllabam *in* terminant, et particula societatis *in* per harum particularum affixionem mutant constanter desinentiam in syllabam *is*.

AFFIXARUM PARTICULARUM PRO

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.
1ª	Classis					
Sáai	saái . . . . . . nim	na	ki	pa	pg	pkíni
Zikáun	zikáu . . . . . nim	na	ki	pa	pg	pkíni
Tillápin	tilláp . . . . . nim	na	iki	ipa	ipg	ipkíni
Illutín	illutí-s . . . . nim	ne	ki	pe	g	kíni
Ipég	ipég . . . . . . nim	ne	ki	pe	pg	pkíni
Hátim	hatím . . . . . nim	na	ki	pa	g	kíni
Máks	mak-ás . . . . nim	na	ki	pa	g	kíni
Sákas	saka-ís . . . . nim	na	ki	pa	g	kíni
Temikés	temikés . . . nim	ne	ki	pe	g	kíni
Kiéikt	kiéik . . . . . nim	ne	ítki	ítpe	ítg	ítkíni
2ª	Classis.					
Méke	meké . . . . . nm	ne	ki	pe	pg	pkíni
Háma	háma . . . . . nm	na	ki	pa	pg	pkíni
Túpin	tupí . . . . . . nm	ne	ki	pe	pg	pkíni
Titókan	titóka . . . . nm	na	ki	pa	pg	pkíni
Zízkan	zízka . . . . nm	na	nki	npa	npg	npkíni
Píkun	pikú . . . . . . nm	ne	nki	npe	npg	npkíni
Nékt	nek-í . . . . . nm	ne	tki	tpe	tg	tkíni
Zillákt	zillak-á . . . nm	na	tki	tpa	tg	tkíni
Inít	iní . . . . nm	ne	tki	tpe	tg	tkíni
Ískit	iskí . . . . nm	ne	tki	tpe	tg	tkíni
3ª	Classis.					
Láutua	láutua . . . . . m	na	ki	pa	pg	pkíni
Miógat	miógat-u . . m	na	ki	pa	pg	pkíni
Inmét	inmet-ú . . . m	ne	ki	pe	pg	pkíni
Házual	házual . . . . m	a	ki	apa	apg	apkíni
Píst	pis-ít . . . . . pim	pe	ki	pe	g	kíni
Natót	natót-a . . . . m	p	mki	mpa	mg	mkíni

…ECTUS NOMINUMQUE INFLEXIONIS.

8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.
úazet	zim	yáin	yín	yínag	nút	láikin
úazet	zim	áin	nin	ínag	nút	láikin
iúazet	izim	áin	nin	ínag	nút	láikin
úezet	zim	áin	in	ínag	nút	léikin
úezet	zim	akáin	kin	kíneg	nút	léikin
úazet	zim	áin	in	ínag	nút	láikin
úazet	zim	ksáin	ksin	ksínag	ksnút	láikin
úazet	zim	kasáin	kasín	kasínag	kasnút	kasláikin
úezet	zim	áin	in	íneg	nút	léikin
túezet	tzim	táin	tin	tíneg	nút	léikin
úezet	zim	aáin	in	íneg	nút	léikin
úazet	zim	áin	min	ínag	nút	láikin
úezet	zim	áin	pnin	íneg	nút	léikin
úazet	zim	áin	nin	ínag	nút	láikin
núazet	nzim	náin	nin	nínag	nút	nláikin
núezet	nzim	náin	nin	níneg	nút	nléikin
túezet	tzim	ktáin	ktín	ktíneg	knút	kléikin
túazet	tzim	ktáin	ktín	ktínag	knút	kláikin
túezet	tzim	táin	tin	tíneg	nút	léikin
túezet	tzim	táin	tin	tíneg	nút	léikin
úazet	zim	áin	in	ínag	nút	láikin
úazet	zim	áin	nin	ínag	nút	láikin
úezet	zim	áin	nin	íneg	nút	léikin
úazet	zim	áin	in	ínag	nút	láikin
úezet	zim	stáin	in	stíneg	snút	léikin
úazet	zim	táin	tin	tínag	tnút	tláikin

AFFIXARUM PARTICULARUM PROSPECTUS NOMINUMQUE INFLEXIONIS.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12	13.	14.
1ª	Classis												
Sáai	saái . . . . nim	na	ki	pa	pg	pkínig	úazet	zim	yáin	yín	yínag	nút	láikin
Zikáun	zikáu . . . nim	na	ki	pa	pg	pkínig	úazet	zim	áin	nin	ínag	nút	láikin
Tillápin	tilláp . . . . nim	na	iki	ipa	ipg	ipkínig	iúazet	izim	áin	nin	ínag	nút	láikin
Illutín	illutí-s . . . . nim	ne	ki	pe	g	kínig	úezet	zim	áin	in	ínag	nút	léikin
Ipég	ipég . . . . . . nim	ne	ki	pe	pg	pkínig	úezet	zim	akáin	kin	kíneg	nút	léikin
Hátim	hatím . . . . nim	na	ki	pa	g	kínig	úazet	zim	áin	in	ínag	nút	láikin
Máks	mak-ás . . . nim	na	ki	pa	g	kínig	úazet	zim	ksáin	ksin	ksínag	ksnút	láikin
Sákas	saka-ís . . . nim	na	ki	pa	g	kínig	úazet	zím	kasáin	kasín	kasínag	kasnút	kasláikin
Temikés	temikés . . . nim	ne	ki	pe	g	kínig	úezet	zim	áin	in	íneg	nút	léikín
Kiéikt	kiéik . . . . . nim	ne	ítki	ítpe	ítg	ítkínig	túezet	tzim	táin	tin	tíneg	nút	léikín
2ª	Classis.												
Méke	meké . . . nm	ne	ki	pe	pg	pkínig	úezet	zim	aáin	in	íneg	nút	léikin
Háma	háma . . . nm	na	ki	pa	pg	pkínig	úazet	zím	áin	min	ínag	nút	láikin
Túpin	tupí . . . . . nm	ne	ki	pe	pg	pkínig	úezet	zim	áin	pnin	íneg	nút	léikin
Titókan	titóka . . . nm	na	ki	pa	pg	pkínig	úazet	zim	áin	nin	ínag	nút	láikin
Zízkan	zízka . . . . nm	na	nki	npa	npg	npkínig	núazet	nzim	náin	nin	nínag	nút	nláikin
Píkun	pikú . . . . . nm	ne	nki	npe	npg	npkínig	núezet	nzim	náin	nin	níneg	nút	nléikin
Nékt	nek-í . . . . . nm	ne	tki	tpe	tg	tkínig	túezet	tzím	ktáin	ktín	ktíneg	knút	kléikin
Zillákt	zillak-á . . . nm	na	tki	tpa	tg	tkínig	túazet	tzim	ktáin	ktín	ktínag	knút	kláikin
Inít	iní . . . . nm	ne	tkí	tpe	tg	tkínig	túezet	tzim	táin	tin	tíneg	nút	léikin
Ískit	iskí . . . . nm	ne	tki	tpe	tg	tkínig	túezet	tzim	táin	tin	tíneg	nút	léikin
3ª	Classis.												
Láutua	láutua . . . . m	na	ki	pa	pg	pkínig	úazet	zim	áin	in	ínag	nút	láikin
Miógat	miógat-u . . m	na	ki	pa	pg	pkínig	úazet	zim	áin	nin	ínag	nút	láikin
Innét	innet-ú . . . m	ne	ki	pe	pg	pkínig	úezet	zim	áín	nin	íneg	nút	léikin
Házual	házual . . . . m	a	ki	apa	apg	apkínig	úazet	zim	áin	in	ínag	nút	láikin
Píst	pis-ít . . . . . pim	pe	ki	pe	g	kínig	úezet	zim	stáin	in	stíneg	snút	léikin
Natót	natót-a . . . . m	p	mki	mpa	mg	mkínig	úazet	zim	táin	tin	tínag	tnút	tláikin

De nominis accentu.

Nomina sine accentu in ultima syllaba transferunt, ut plurimum, per inflexionem accentum in syllabam sequentem. Hoc tamen non ita intelligendum quasi radicalis accentus penitus evanescat. Principia sequentia, etsi plures exceptiones dentur, statui posse videntur.

Accentus transferendi regulæ.

Accentus transfertur si nominis desinentia est:

1. Duplex vocalis; v. g. Pátoi, patóinim. Ramus
2. Simplex vocalis *e*, *i*, *u*; v. g,
   Méke, mekénm. Nix
   Timúni, timunínm. Arcus, sclopetum
   Kágnu. kagnúnm. Gallina agrestis
3. Consonans; v. g. Hátim, hatímnim. Brachium

Excipitur tamen *l*, quæ nunquam efficit translationem, *n* aliquando.

4. Si nomen accipit duplex incrementum, semper transfertur accentus; v. g. Tásg, taságnim. Pinguedo

Accentus non transfertur si nominis desinentia est:

1. Vocalis *a*; v. g. Háma, hámanm. Vir
2. Syllaba *as*, *es*, *az*, *ez*, *os*, una litterarum *k*, *n*, *p*, *t*, præeunte; v. g.
   Uétes, uétesnim. Terra
   Zikáunas, zikáunasnim. Timendus
   Siáunípaz, siáunípasnim. Formidolosus
   Katámnouákos, katámnouákosnim. Cicer.

Nota: Voces in vocalem vel consonantem *l* desinentes, quæ pertinent ad 3am classem, non efflagitant accentus translationem.

PROSPECTUS

varias nominis desinentias exhibens accentusque translationem.

Ia Classis.

Desinentia,	*Accentus translatio.*			*Versio.*
Sáai,	iaái–	nim,	na.	Scabies
Iláyau,	ilayáu–	nim,	na.	Piger
Séei,	seéi–	nim,	ne.	Vermis
Hetéu,	hetéu–	nim,	ne.	Amoris objectum
Pátoi,	patói–	nim,	na.	Ramus
Zikáun,	zikáun–	im,	a.	Timor
Kizéin,	kizéin–	im,	e.	Pudor
Iyéun,	iyéun–	im,	e.	Misericordia
Ziilín,	ziilín–	im,	e.	Superbia
Lamámtin,	lamámt–	nim,	na.	Molestia, Tædium
Eyékin,	eyég–	nim,	ne.	Fames
Tillápin,	tilláp–	nim,	na.	Dolor de absentia ca–
Tímenin,	timenís–	nim,	ne.	Signatus, [rorum
Hámin,	hamís–	nim,	na.	Habens maritum
Kiéikt,	kiéik–	nim,	ne.	Iter
Ikúitímt,	ikúitím–	nim,	ne.	Dictum verum
Ilatápt,	ilatáp–	nim,	na.	Contemptus
Laimíut,	laimíu–	nim,	na.	Junior
Ipég,	ipég–	nim,	ne.	Panis
Hátim,	hatím–	nim,	na.	Brachium
Uétes,	uétes–	nim,	ne.	Terra
Petúkes,	petúkes–	nim,	ne.	Petulans, procax
Kápkap,	kapkáp–	nim.	na.	Populus (arbor)
Pízpiz,	pizpíz–	nim,	ne.	Felis
Gagáz,	gagás–	nim,	na.	Ursus cinereus
Izpálg,	izpálg–	nim,	na.	Saccus
Zátokz,	zatókz–	nim,	na.	Radix quædam
Isemtúks,	isemtúks–	nim,	ne.	Sol, Luna.

Desinentia.	*Accentus translatio.*			*Versio.*
Sámg,	samág–	nim,	na.	Vestis, Indumentum
Lalg,	lalág–	nim,	na.	Semen
Tasg,	taság–	nim,	na,	Pinguedo
Sitg,	sitég–	nim,	ne.	Lutus
Pogpóks,	pogpokás–	nim,	na.	Pulvis (pyreus)
Maks,	makás–	nim,	na.	Fel
Silúks,	silukús–	nim,	ne.	Saliva
Paps,	papás–	nim,	na.	Abies
Pips,	pipís–	nim,	ne.	Os, ossis.
Sákas,	sakaís–	nim,	na.	Umbra
Mákas,	Makaís–	nim,	na.	Bene olens.

2ª Classis.

Méke,	meké–	nm,	ne.	Nix
Síue,	siué–	nm,	ne.	Frons
Písue,	pisué–	nm,	ne.	Saxum
Háma,	háma–	nm,	na.	Vir
Hogóga,	hogóga–	nm,	na.	Tussis
Núsnu,	nusnú–	nm,	ne.	Nasus
Písku,	piskú–	nm,	ne.	Folium
Titókan,	titókan–	m,	a.	Homo
Zízkan,	zízkan–	m,	a.	Stragulum
Píkun,	pikún–	m,	e.	Flumen
Iníléikin,	iníléikin–	m,	e.	Prope domum
Ékin,	ekín–	m,	e.	Visio, Visus
Tinúkin,	tinukín–	m,	e.	Mors
Túpin,	tupín–	m,	e.	Messis
Nekt,	nekí–	m,	e.	Voluntas, Opinio

Desinentia.	*Accentus translatio.*			*Versio.*
Šukt,	sukú–	nm,	ne.	Radix, Origo
Zillákt,	zillaká–	nm,	na.	Corpus
Pekt,	peké–	nm,	ne.	Cortex
Sukt,	sukí–	nm,	ne.	Cognitio
Nukt,	nukú–	nm,	ne.	Caro
Temánit,	temaní–	nm,	ne.	Fructus
Ínit,	iní–	nm,	ne.	Donum
Inít,	iní–	nm,	ne.	Domus
Illút,	illú–	nm,	ne.	Venter
Kikét,	kiké–	nm,	ne.	Sanguis
Koísuit,	koisuí–	nm,	ne.	Divitiæ
Misémt,	misemí–	nm,	ne.	Mendacium
Hipt,	hipí–	nm,	ne.	Cibus
Pist,	pisí–	nm,	ne.	Pater (meus.)

3ª Classis.

Akamkíniku,	akamkíniku–	m,	na.	Excelsus
Alláima,	alláima–	m,	na.	Incola litoris,
Kinéme,	kinéme–	m,	ne.	Incola huj. loci
Zikétpeme,	zikétpeme–	m,	ne.	Nocturnus
Láutua,	láutua–	m,	na.	Amicus
Zuáku,	zuáku–	m,	na.	Socrus, Gener
Táma,	táma–	m,	na.	Coxa
Téget,	tégetu–	m,	ne.	Cælebs
Inmét,	inmetú–	m,	ne.	Tonitruum
Hanieuát,	hanieuató–	m,	na.	Factor
Házual,	házual–	m,	a.	Puer.

Desinentia,	Accentus translatio.			Versio.
Natót,	natóta–	m,	p.	Meus pater
Neíz,	neíze–	m	p.	Mea mater
Naplág,	napláka–	m,	p.	Pater matris
Háma,	háma–	pim.	pa.	Vir ejus
Láutua,	láutua–	pim.	pa.	Amicus, ejus
Inekínikt,	inekinikít–	pim,	pe.	Subditus ejus
Iuépne,	iuépne–	pim,	pe.	Uxor ejus
Píke,	piké–	pim,	pe.	Mater ejus
Pist,	pisít–	pim,	pe.	Pater ejus.

APPENDIX.

Anomalias quasdam exhibent:

Desinentia radicalis.	*Inflexio.*			*Versio.*
Timái,	timái–	nm,	na.	Virg
Mazáyu,	maziú–	nm,	na.	Auris
Timíne,	timné–	nm,	ne.	Cor
Alatálu,	alatlú–	nm,	na.	Vespa.

Duplex assumunt incrementum.

Pilg,	pilég–	nim,	ne.	Occiput
Itg,	itúg–	nim,	ne.	Pulvis
Tilg,	tilég–	nim,	ne.	Petra alba
Eks,	ekés–	nim,	ne.	Pus
Siks,	sikís–	nim,	ne.	Nidus
Tiks,	tikís–	nim,	ne.	Os natis
Tikz,	tikíz–	nim,	ne.	Pons
Meks,	mekés–	nim,	ne.	Corium
Uálz,	ualáz–	nim,	na.	Culter, Ensis.

Simplex assumunt incrementum.

Izpálg,	izpálg–	nim,	na.	Saccus
Egs,	égs–	nim,	ne.	Radix (capillaris)
Isemtuks,	isemtúks–	nim,	ne.	Sol, Luna
Ispéks,	ispéks–	nim,	ne.	Pulpa coxæ
Píeks,	píeks–	nim,	ne.	Funis ex corio.

Aliqualem præseferunt difficultatem.

Uenípt,	uenpí–	nm,	ne.	Cantus
Inípt,	inpí–	nm,	ne,	Acceptio
Piínpt,	piínp–	nim,	ne.	Acceptio mutua.

De nomine verbali.

De nominibus ex verbis formatis (nempe de verbis in forma nominis,) quamvis ex usu vera quandoque sint nomina substantiva, hæc occurrunt dicenda:

Regulæ formationis.

Si verbi desinentia, ex quo formatur nomen, est *za*, *ze*, sequentes teneto leges, postquam eliseris desinentiam *za*, *ze:*

1. Si desinentiam præcedit 1. vocalis *i* cum accentu, 2. bina vocalis cum accentu in priori, 3. consonans *m*, addatur consonans *n* ut efformetur nomen; v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Versio*
Tupíze	Túpin	Messis
Kizéize	Kizéin	Pudor
Ketémze	Ketémn	Invidia.

2. Si desinentiam præcedit *k*, *p*, *s*, *t*, adde *in* ut nomen habeas; v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Versio*
Eyékze	Eyékin	Fames
Tillápza	Tillápin	Dolor de carorum absentia
Éisze	Éisin	Gaudium, lætitia
Lamámtza	Lamámtin	Fastidium.

3. Si autem desinentiam præcedit 1. simplex vocalis sine accentu, 2. multiplex vocalis cujus accentus non est in penultima, 3. consonans *n*, quin aliquid addas, habebis nomen per expunctionem desinentiæ *za*, *ze:* v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Versio*
Iléseze	Ilése	Sonitus
Háttiaza	Háttia	Ventus
Kaánza	Kaán	Reverentia.

Nota: Verbo hátza (egredior) cujus præteritum est hátta, ejusque compositis, elisa desinentia *za*, *ze*, addatur *it* ut formetur nomen; v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Versio*
Hátza	Hátit	Egressus
Inakátza	Inakátit	Exitus (sensu activo)
Nikétze	Nikétit	Extricatio.

Si verbi desinentia, ex quo formatur nomen, est *sa*, *se*, hac elisa, adjice *t* et habes sic nomen; v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Versio*
Taátksa	Taátkt	Correptio
Hetéuisa	Hetéuit	Amor
Ilatápsa	Ilatápt	Despectio.

Si autem desinentiam præcedit *ki*, *mi*, *pi* cum accentu, expunge etiam *i* ut nomen formes; v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Versio*
Nekíse	Nekt	Voluntas, opinio
Misemíse	Misémt	Mendacium
Hipíse	Hipt	Cibus, esus.

Nota: Verbum *inpíse* (accipio) ejusque composita præseferunt aliquam anomaliam; v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Versio*
Inpíse	Inípt	Acceptio
Uenpíse	Uenípt	Cantus
Kenpíse	Kenípt	Morsus.

Regulæ Inflexionis.

1. Nomina ex verbis, quorum est *za*, *ze* desinentia, formata, quamque præcesserat 1. consonans, 2. vocalis duplex cum accentu in priori, assumunt inflexionem *nim*, proindeque in 1.am classem recensentur; v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Inflexio*	*Versio*
Tillápza	Tillápin	Tillápnim	Dolor de carorum absentia
Iyákza	Iyákin	Iyágnim	Inventio, detectio
Komáiza	Komáin	Komáinim	Aegritudo, dolor.

De reliquo omnia assumunt inflexionem *nm*, ideoque ad 2.am classem pertinent; v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Inflexio*	*Versio*
Tinukíze	Tinúkin	Tinukínm	Mors
Talapózaza	Talapóza	Talapózanm	Oratio
Háttiaza	Háttia	Háttianm	Ventus.

2. Nomina ex verbis, quorum est *sa*, *se* desinentia, formata, quamque præcesserat consonans, assumunt inflexionem *nim*, ideoque pertinent ad 1.am classem; v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Inflexio*	*Versio*
Kiéikse	Kiéikt	Kiéiknim	Iter, circumitio
Ikúitímse	Ikúitímt	Ikúitímnim	Dictum verum
Ilatápsa	Ilatápt	Ilatápnim	Despectio.

Si autem vocalis præierat desinentiam *sa*, *se*, assumunt inflexionem *nm*, ideoque 2.æ classi adcensentur; v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Inflexio*	*Versio*
Nekíse	Nekt	Nekínm	Voluntas, opinio
Misemíse	Misémt	Misemínm	Mendacium
Tazuísa	Tázuit	Tazuínm	Bonum.

Nota: In inflexione reassumitur litera *i* cum accentu, quæ fuerat suppressa in formatione nominis, ut ex exemplis patet.

Regulæ Accentus.

1. Nomina ex verbis in *kisa*, *kise*, *misa*, *mise*, *pisa*, *pise*, *kiza*, *kize*, *piza*, *pize* (et aliqua in *iza*, *ize*) cum accentu formata removent accentum in syllabam præcedentem; attamen per inflexionem restituitur in sedem verbi; v. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Inflexio*	*Versio*
Inikíse	Iníkt	Inikínm	Positio
Misemíse	Misémt	Misemínm	Mendacium
Hipíse	Hipt	Hipínm	Cibus, esus
Isíze	Ísin	Isínm	Victoria.

2. Nomina ex verbis aliter desinentibus formata non variant accentum; e. g.

Ex verbis	*Nomina*	*Inflexio*	*Versio*
Lilóize	Lilóin	Lilóinim	Gaudium [absentia
Tillápza	Tillápin	Tillápnim	Dolor de carorum
Sépnise	Sépnit	Sépninm	Sciscitatio.

3. Dantur tamen multa verbalia ex verbis in *uisa*, *uise*, *isa*, *ise* desinentibus formata, quæ removent et restituunt accentum juxta 1.am regulam.

Ex verbis	*Nomina*	*Inflexio*	*Versio*
Hanísa	Hánit	Hanínm	Factum, opus
Iníse	Ínit	Inínm	Donum
Tazuísa	Tázuit	Tazuínm	Bonum
Koisuíse	Koísuit	Koisuínm	Opulentia.

Nota: Hæ regulæ habent sane exceptiones, quas nimiæ prolixitatis vitandæ gratia præssisse silentio satius est.

Nominum Verbalium Elenchus.

Ex verbis	*Versio*	*Nomina*	*Inflexio*
Isíze	vinco	Ísin	Isínm
Tupíze	meto	Túpin	Tupínm
Tinukize	morior	Tinúkin	Tinukínm
Zikáuza	timeo	Zikáun	Zikáunim
Iyéuze	misereor	Iyéun	Iyéunim
Ikíuze	æstuat	Ikíun	Ikíunim
Komáiza	ægroto, doleo	Komáin	Komáinim
Kizéize	pudeo	Kizéin	Kizéinim
Lilóize	gaudeo	Lilóin	Lilóinim
Uyúize	derelinquo	Uyúin	Uyúinim
Geízemze	irascor	Geízemn	Geízemnim
Zíekze	loquor [carorum	Zíekin	Zíegnim
Tillápza	doleo de absentia	Tillápin	Tillápnim
Éisze	lætor	Éisin	Éisnim
Lamámtza	tædio afficior.	Lamámtin	Lamámtnim
Kaánza	revereor	Kaán	Kaánim
Iléseze	sono	Ilése	Ilésenm
Himiúze	amice tracto	Himiú	Himiúnm
Yaluáza	despero de	Yaluá	Yaluánm
Háttiaza	ventus flat	Háttia	Háttianm
Galéleize	sum occupatus	Galélein	Galéleinim
Uckeíze	projicio, repudio	Uckeín	Uckeínim
Yíaza	caveo	Yíá	Yíánm
Ilapáyuza	adjuvo verbis	Ilapáyu	Ílapáyunim
Nekíse	volo, opinor	Nékt	Nekínm
Misemíse	mentior	Misémt	Misemínm

Ex verbis	*Versio*	*Nomina*	*Inflexio*
Hipíse	comedo	Hipt	Hipínm
Inpíse	accipio	Inípt	Inpínm
Ikúitímse	dico verum	Ikúitímt	Ikúitímnim
Ilatápsa	reputo imbecillum	Ilatápt	Ilatápnim
Kapsisuísa	facio male	Kapsísuit	Kapsísuínm
Agsmiluísa	indulgeo gulæ	Agsmíluit	Agsemíluínm
Aulísuísa	irascor	Aulísuit	Aulisuínm
Aluísa	claudeo	Áluit	Aluínm
Koisuíse	ditesco	Koisuit	Koisuínm
Tiskauísa	pinguesco	Tiskáuit	Tiskauínm
Tamáluisa	statuo	Tamáluit	Tamáluinm
Sapínuise	metior	Sapínuit	Sapínuinm
Tamínuisa	pondero, pendo	Tamínuit	Tamínuinm
Hetéuise	amo	Hetéuit	Hetéuinm
Galéuise	ludo	Galéuit	Galéuinm
Ipéuise	quæro	Ipéuit	Ipéuinm
Péguise	furor	Péguit	Péguinm
Síuise	ungo	Síuit	Siuínm
Uítuise	egeo	Uítuit	Uítuinm
Hanísa	facio	Hánit	Hanínm
Iníse	do	Ínit	Inínm
Ektíse	putreo	Éktit	Ektínm
Zepinmíse	derido	Zepinmít	Zepinmínm
Sépnise	sciscitor	Sépnit	Sépninm
Timípnise	cogito	Timípnit	Timípninm
Tamánisa	interpretor	Tamánit	Tamáninm
Zegzemíse	ludo chartis	Zegzémit	Zegzemínm
Inóktisa.	præcello.	Inóktit.	Inóktinm.

DE FORMATIONE ET INFLEXIONE PLURALIS NOMINUM NUMERI.

Pluralis numeri formandi non omnium nominum una est ratio, etenim formatur:

1. Per syllabæ initialis geminationem, ut:

	Formatio	*Inflexio*	
Miáz,	Mamáyaz,	zpim,	zpa
Pitín,	Pipítin,	tinm,	tine
Házual,	Haházual,	lm,	la
Téget,	Titéget,	tum,	tune
Timái,	Titmái,	inm,	ina
Keíun,	Kekeíun,	nim,	ne
Hátuai,	Hahátuai,	inim,	ina
Lekéilekéi,	Lilekéililekéi,	inim,	ine
Zmúgzmúg,	Zizmúgzizmúg,	gnim,	gne
Gáigáig,	Gigáigigái,	gnim,	gna
Tukúg,	Titkúg,	gnim,	gne.

2. Per additionem desinentiæ *ma* vel *me*, ut:

	Formatio	*Inflexio*	
Páap,	Paáma,	am,	ana
Píep,	Piéme,	em,	ene
Éskap,	Eskáma,	am,	ana
Kánis,	Kanísma,	am,	ana
Ázip,	Azíma,	am,	ana.

3. Irregulariter, et initialis syllabæ geminatione simul, ut:

	Formatio	*Inflexio*	
Háma,	Hahám,	mnim,	mna
Háyat,	Hahátuai,	inim,	ina.

4. Plurima nomina non usurpantur in plurali numero, sed per additam qualificationem distinguitur eorum numerus, ut:

	Formatio	
Titókan,	Illégni tit:	a singulari non differt
Iuépne,	Mílaz iuep:	
Síkem,	Lepít síkem,	a singulari non differt
Hézu,	Lepít hézu,	
Inít,	Mitát inít,	

Nota: Nomina per ejusdem vocis reduplicationem efformata geminant bis syllabam initialem(id est, sub utroque vocis simplicis initio) ut pluralis numeri evadant; v. g.

Plur.		*Sing.*	
Zizmúgzizmúg	ex	Zmúgzmúg,	Niger
Gigáigigáig	ex	Gáigáig,	Albus
Mimáksmimáks	ex	Maksmáks,	Croceus
Lilekéililekéi	ex	Lekéilekéi,	Mansuetus, cicur.

De nominis genere.

In hac lingua non datur forma vel inflexio qua genus vel sexus rerum significetur. Omnes etiam animatæ res nominantur generali quadam ratione, et differentia sexus, si erit determinanda, exprimitur quoad bruta animalia per vocum háma, háyat(mas, femina) additionem; v. g.

Háma síkem,	equus	Háyat síkem,	equa
Háma zikámkal,	canis (mas)	Háyat zikámkal,	canis (fem.)
Háma uasuásnu,	gallus	Háyat uasuásnu,	gallina.

Nota: Zútlhim, Taurus, est nomen ab alia lingua indica in hanc inditum.

Ut autem differentia quoad hominem significetur, prodigiosam hæc lingua exhibet nominum copiam, quippe quæ non solum sexus distinctionem, sed ætatis etiam et consanguinitatis relationem una eademque voce exprimit; v. g.

Píep,	Frater, qui est sorore vel fratre senior.
Péet,	Soror, quæ est fratre vel sorore senior.
Éskap,	Frater, qui est fratre junior.
Ipékt,	Frater, qui est sorore junior.
Kánis,	Soror, quæ est fratre junior.
Ázip,	Soror, quæ est sorore junior.

Leges, quas de nomine disserendo statuimus, sunt pari ratione, ut ex dictis patet, adjectivis et participiis applicandæ; ideoque specialem de iisdem confici tractatum non fuit opus.

Quod autem ad pronomina attinet, etsi hæc legibus subjiciantur iisdem, quia tamen speciales præ se ferunt difficultates, specialem appingere visum est tractatum.

DE PRONOMINIBUS

Pronomina personalia.

Persona 1.ª Ego

Sing:		Plur:	
In	Ego	Nun	Nos
Ínim	Mei	Núnim	Nostrum
Íne	Me	Núne	Nos
Ínimki	De me, per me	Núnimki	De nobis, per nos
Ínimpe	In me, apud me	Núnimpe	In nobis, apud nos
Íning	In, erga me	Núning	In, erga, versus nos
Ínimkínig	Ex, a me	Núnimkínig	Ex, a nobis
Inmáin	In mei bonum	Nunmáin	In nostrum bonum
Inuezét.	Mei causa.	Nunuezét.	Nostri causa.

Persona 2.ª Tu		Persona 3.ª Ipse (se)	
Sing: Tu	Plur: Vos	Sing Ipse	Plur: Ipsi.
Im (he)	Ipí	Imé (etg)	Imé
Imím (he)	Ipním	Imém (etg)	Imém
Imené (he)	Ipné	Imuné (etg)	Imuné
Imimkí	Ipnimkí	Imemkí	Imemkí
Imimpé	Ipnimpé	Imempé	Imempé
Imimgí	Ipnimgí	Imemgí	Imemgí
Imímkínig	Ipnímkínig	Imémkínig	Imémkínig.
Imáin	Ipnímáin	Imamáin	Imamáin
Imuezét.	Ipiuezét.	Imemuezét.	Imemuezét.

Nota: Signatum intra parenthesin conspicitur *he*, *etg* in pronomine secundæ personæ. Hæ duæ voculæ (quæ et ipsæ sunt pronomina, ideoque solæ sæpe usurpantur) adduntur per emphasim. Attamen *etg* adhibendum est, si aderit ratio vitandæ ambiguitatis; nam in plurali numero pronomina secundæ personæ et tertiæ habent communem formam.

Ipníñ (cum ipso) exprimit societatem. Similis forma tamen usitata non est pro pronomine primae et secundae personae. Loco Inuezét, Imuezét Ipiuezét etc: dicitur etiam Inuezén vel Inuezénu, et sic porro.

Personalia composita.

Sing:	Ego solus.	Tu solus.	Ipse solus.
Ego solus	Insuátg	Imsuátg	Ipsuátg
Mei solius	Insuátgnim	Imsuátgnim	Ipsuátgnim
Me solum	Insuátgna	Imsuátgna	Ipsuátgna
Plur:			
Nos soli	Nunsuátg	Imusuátg	Imusuátg
etc.	Nunsuátgnim	Imusuátgnim	Imusuátgnim
	Nunsuátgna	Imusuátgna	Imusuátgna

Sing:	Ego ipse.	Tu ipse.	Idem ipse.
Ego ipse	Intíte	Imtíte	Iptíte
Mei ipsius	Inimtíte	Imimtíte	Ipnimtíte
Me ipsum	Inetíte	Imenetíte	Ipnetíte.
Plur:			
Nos ipsi	Nuntíte	Imetíte	Imetíte
etc.	Nunimtíte	Imemtíte	Imemtíte
	Nunetíte	Imunetíte	Imunetíte.

Sing:		Ego (issimus)	Tu (issimus)	Ipsissimus
Ego	intensive.	Inníg	Imníg	Ipinníg
Mei		Inimníg	Imimníg	Ipnimníg
Me		Inenníg	Imenenníg	Ipnenníg.

Plur:			
Nos(intensive)	Nunníg	Imenníg	Imenníg
etc.	Nunimníg	Imemníg	Imemníg
	Nunenníg	Imunenníg	Imunenníg
Sing:	Et ego.	Et tu.	Et ipse.
Et, etiam ego	Ínke	Ímke	Ipínke
Et, etiam mei	Ínimke	Imímke	Ipnímke
Et, etiam me	Ínenke	Imenénke	Ipnénke.
Plur:			
Et, etiam nos	Núnke	Iménke	Iménke
etc.	Núnimke	Imémke	Imémke
	Núnenke	Imunènke	Imunénke

Per additionem desinentiæ *peme* formantur adjectiva, quæ habent significationem sequentem: Pertinens ad me, te, etc: Trahens originem ex me, te, etc:

	Pertinens ad me, vel trahens originem ex me,	ad te, ex te,	ad ipsum ex ipso.
Sing:			
Pertinens ad me	Ínimpeme	Imímpeme	Ipnímpeme
Pertinentis ,,	Ínimpememem	Imímpememem	Ipnímpememem
Pertinentem ,,	Ínimpememene	Imímpememene	Ipnímpememene
Plur:			
Pertinens ad nos	Núnimpeme	Imémpeme	Imémpeme
Pertinentis ,,	Núnimpememem	Imémpememem	Imémpememem
Pertinentem ,,	Núnimpememene	Imémpememene	Imémpememene

Ex compositis aliæ iterum cuduntur compositiones; hinc dicitur:

Insuatgníg	Ego solus	intens:	Nunsuatgníg	Nos soli	intens:
Imsuatgníg	Tu solus		Imusuatgníg	Vos soli	
Ipsuatgníg	Ipse solus		Imusuatgníg	Ipsi soli	

Pannunsuátg Nos soli }
Paimusuátg Vos soli } singillatim.
Paimusuátg Ipsi soli }

Pennunníg Nos }
Peimenníg Vos } intensive singillatim.
Peimenníg Ipsi }

Inuezentíte	Mei ipsius causa.	Nunuezentíte	Nostri ipsius causa
Imuezentíte	Tui ,, ,,	Imemuezentíte	Vestri ,, ,,
Ipiuezentíte	Sui ,, ,,	Imemuezentíte	Suor: ,, ,,

Pronomina cum verbis reflexis conjuncta.

Pronomina personalia occurunt sæpissime hac ratione transformata:

Sing:	Plur:
Me, Inú *vel* Inó	Nos, Nemú *vel* Namó
Te, Imú ,, Imó	Vos, Imemú ,, Imamó
Se, Ipnú ,, Ipnó	Se, Imemú ,, Imamó

Hoc est sedulo notandum, cum in lingua parum versato non modicum facessat negotium.

Ut ex pronominum inspectione patet, personalium pronominum forma, quæ exprimit verbi transitivi objectum, est sequens:

Sing.	Plur.
Me, Íne, *vel* Ína	Nos, Núne *vel* Núna
Te, Imené	Vos, Imuné
Se, Ipné *vel* Ipná.	Se, Imuné.

Hæc autem forma, si usurpetur ad objectum verbi reflexi exprimendum, alteratur in hunc modum:

Sing:				Plur:			
Me,	Iné	*vel*	Iná	Nos,	Nemé	*vel*	Namá
Te,	Imé	„	Imá	Vos,	Imemé	„	Imamá
Se,	Ipné	„	Ipná.	Se,	Imemé	„	Imamá.

Quod si verbum, cujus hæc pronomina sunt objectum, cuique praeponantur, contingat inchoari a litteris *Ua*, *Ue*, tunc finalis littera pronominis conflatur cum initialibus verbi litteris, et quidem ita:

Sing:				Plur:			
Iné	ue	*fit*	Inú	Nemé	ue	*fit*	Nemú
Imé	ue	„	Imú	Imemé	ue	„	Imemú
Ipné	ue	„	Ipnú.	Imemé	ue	„	Imemú.

Sing:				Plur:			
Iná	ua	*fit*	Inó	Namá	ua	*fit*	Namó
Imá	ua	„	Imó	Imamá	ua	„	Imamó
Ipná	ua	„	Ipnó.	Imamá	ua	„	Imamó.

Sit exemplo verbum Uapziáuza, occido; Uepézese, tango; verba reflexiva cum pronominibus commixta ita fient;

Inópziáuza.

Sing:		Plur:	
Inópziáuza,	Me occido	Namópziáuzig,	Occidimus nos
Imópziáuza,	Te occidis	Imamópziáuzig,	Occiditis vos
Ipnópziáuza,	Se occidit.	Imamópziáuzig,	Occidunt se.

Inúpézese.

Inúpézese,	Tango me	Nemúpézesig,	Tangimus nos
Imúpézese,	Tangis te	Imemúpézesig,	Tangitis vos
Ipnúpézese,	Tangit se.	Imemúpézesig,	Tangunt se.

Quod fuit hac ratione demonstrandum, ut litterarum accentuumque alteratio in hisce pronominibus fieret evidens.

Pronomina Demonstrativa.

Sing:	Hic.	Ille.	Ille.
Hic	Ki	(Yog)	Yogpí
Hujus	Kinm	Kuním	Yogpním
Hunc	Kínia	Kuniá	Yogpné
De hoc, per hoc	Kunkí	Kunkí	,,
In hoc, apud hunc	(Kíne)	Kunimpé	,,
In, erga, versus hunc	Kinépg	Kunapgí	,,
Ex, ab hoc	Kuníg	Kuníg	,,
In favorem hujus	Kiniáin	Kuniáin	,,
Hujus causa	Kinuezét	Kunuezét	,,
Cum hoc (societatis).	Kiniín	Kuniín	,,
Plur:	Hi.	Illi.	Ipsi
Hi	Kinmé	Kunmé	Yogmé
Horum	Kinmém	Kunmém	Yogmém
Hos	Kinmené	Kunmaná	Yogmaná
De his, per hos	,,	,,	,,
In his, apud hos	,,	,,	,,
In, erga, versus hos	,,	,,	,,
Ex, ab his	,,	,,	,,
Propter hos (in favorem)	Kinmamáin	Kunmamáin	,,
Propter hos (horum causa).	Kinmemuezét	Kunmemuezét	,,

Quæ notata non sunt, etsi formari possint juxta regulas, non tamen audiuntur.

Kíne est adverbium loci *hic* quoad formam; attamen forma propria, quæ esset *Kínpe*, non auditur, sed suppletur per *Kíne*. Cum voces hujus linguæ sint generis expertes, una forma valet pro omnibus latinorum generibus.

Cum vox propria *Kuné* non sit usitata in primo casu, suppletur per *Yog*.

Yogpí est emphaticum, et quasi indice monstrat rem vel personam.

Demonstrativa composita.

Siug:	Hic idem.	Ille idem.	Ipse idem.
Hic idem, Hic ipse.	Kitíte	(Yogtíte)	Yogpitíte
Hujus ,,	Kinimtíte	Kunimtíte	Yogpnimtíte
Hunc ,,	Kinietíte.	Kunietíte.	Yogpnetíte
Plur:			
Hi iidem	Kinmetíte	Kunmetíte	Yogmetíte
Horum ,,	Kinmemtíte	Kunmemtíte	Yogmemtíte
Hos ,,	Kinmenetíte.	Kunmenetíte.	Yogmenetíté

Sing:	Hic(issimus)	Ille[issimus	Ipsissimus
Hic } intensive	Kinníg	(Yogeing)	Yogpinníg
Hujus } intensive	Kinimníg	Kunimníg	Yogpnimníg
Hunc } intensive	Kinienníg	Kuniennig	Yogpnenníg.
Plur:			
Hi } intensive.	Kinmennig	Kunmenníg	Yogmenníg
Horum } intensive.	Kinmemníg	Kunmemnig	Yogmemníg
Hos } intensive.	Kinmenenníg	Kunmenenníg	Yogmenenníg.

Sing;	Hic tantum.	Ille tantum.	Ipse idem tantum
Hic tantum	Kízim	Yógzim	Yegpizím
Hujus tantum	Kínmzim	Kunímzim	Yogpnimzím
Hunc ,,	Kíniezim	Kuniezím	Yogpnezím
De hoc ,,	Kínkizim	Kunkizím	,,
In hoc ,,	Kíneizim	Kunimpezím / Kuneizím	,,
In hunc ,,	Kinépgzim	Kunepgizím	,,
Ex hoc ,,	Kínigzim	Kunígzim	,,
Propter hoc ,,	Kiniáinzim	Kuniáinzim	,,
Hujus causa ,,	Kinuezétzim	Kunuezétzim	,,
Cum hoc ,,	Kiniínzim	Kuniínzim.	,,

Ex hoc ultimo patet inflecti posse vel ipsa composita.

Fiunt insuper et aliæ compositiones; v. g.

Peckunkitíte	De illo eodem	singillatim
Peckunepgitíte	In illum eumdem	
Peyogzím.	Ille, Illud tantum.	

Pronomina qualificativa.

Sing:	*Quis, Quidam.*	*Quid.*	*Quis, Qualis.*
Quis	Isí	Itú	Me
Cujus	Isínm	Itúnm	Minm
Quem	Isíne	Itúne	Mínie
De quo, per quem	Isínki	Itúki	Mínki
In quo, apud quem	Isínpe	Itúpe	[Míne]
In, erga, versus quem	Isínmg	Itúpg	Minépg
Ex, a quo	Isínmkínig	Itúpkínig	Mínig
In cujus favorem	Isináin	Itúáin	Mináin
Cujus causa	Isinuezét	Itúuezét	Minuezét
Cum quo [societatis.]	Isínin.	Itúnin.	Mínin.
Plur:			
Qui	Isíme		
Quorum	Isímem		
Quos.	Isímene.		

Sing: Talis.		*Plur: Tales.*
Talis	Kúus, Kuuspí	Kuusmé
Talis	Kúusnim	Kuusmém
Talem	Kúusne	Kuusmené.
De tali, per talem	Kúuskí	
In tali, apud talem	Kúuspe	
In, erga, versus talem	Kúusg	
Ex, a tali	Kuuskínig	
In favorem talis	Kuusáin	
Talis causa.	Kuusuezét.	Kuusuezén, Kuusuezénu.

Isí dicitur de personis; *Itú* de rebus, vel de qualitate personæ jam notæ quoad essentiam; *Me* de personis et rebus; Kúus, Kuuspí de personis etiam et rebus. In numero tamen plurali usurpantur de personis; reliquae autem inflexiones, etsi juxta regulas cudi possint, non tamen audiuntur.

Qualificativa Composita.

	Talis ipse.	*Talis (issimus.)*	*Talis tantum.*
Talis ipse	Kuustíte	Kuusennig	Kúuszim
Talis ipsius	Kuusnimtíte	Kuusnimnig	Kúusnimzim
Talem ipsum	Kuusnetíte	Kuusnennig	Kúusnezim
De, per ...	Kuuskitíte	Kuuskinnig	Kuuskízim
In, apud...	Kuuspeitíte	Kuuspeinnig	Kúuspeizim
Ex, a ...	Kuuskínigtíte	Kuuskínignig	Kuuskínigzim
In favorem	Kuusaintíte	Kuusainnig	Kuusáinzim
Talis ipsius causa.	Kuusuezentíte.	Kuusuezennig.	Kuusuezénzim.

Sæpe etiam auditur *Kuusuetésg* in significatione valde affini *Kuusáin*.

Hæc vox Kúus adhibetur ut plurimum cum fit mentio alicujus rei, de qua jam habitus est sermo; propterea est quod *ita* latinorum dicitur Kúus. Probe distinguenda pronunciatio hujus vocis ab altera *Kus*, *aqua*.

Kúuszim significat ut plurimum *æqualis;* in reliquis tamen inflexionibus retinet sensum proprium; v. g. *Kuuskízim itimmíuze.* De talibus tantummodo deliberat.

Præponendo particulam negativam *uétu* cuduntur pronomina negativa; v. g.

45. hereafter

	Paucus. Pauci.	*Pauci (de personis.)*
Paucus, Pauci	Mílaz	Mílazua
Pauci, Paucorum	Mílasnim	Mílazuam
Paucum, Paucos	Mílasna	Mílazuana
De, per etc.	Mílazki	Mílazuaki
	Mílazpa	Mílazuapa
	Mílazg	Mílazuapg
	Mílazkínig	Mílazuapkínig
	Milazáin	Mslazuaáin
	Milazúazet	Milazuaúazet
	Mílazin	Mílazuanin
	Milazínag	Milazuaínag
	Milaszimkái	Milazuazimkái
	Mílaszim.	Mílazúazim.

	Multus. Multus.	*Multi (de personis.)*
Multus, Multi	Illégni	Illegníue
Multi, Multorum	Illegnínm	Illegníuem
Multum, Multos	Illegníne	Illegníuene
De, per etc.	Illegníki	Illegníueki
	Illegnípe	Illegníuepe
	Illegnípg	Illegníuepg
	Illegnípkínig	Illegníuepkínig
	Illagniáin	Illagníuaáin
	Illegniúezet	Illegníueúezet
	Illegníin	Illegníuenin
	Illegniíneg	Illegníueíneg
	Illegnizimkái	Illegníuezimkái
	Illégnizim.	Illegníuezim.

	Tantus. Tanti.	*Tanti (de personis.)*
Tantus, Tanti	Kalá	Kalú
Tanti, Tantorum	Kalaním	Kaluním
Tantum, Tantos	Kalaná	Kaluná
De, Per etc.	Kalakí	Kalukí
	Kalapá	Kalupá
	Kalapgí	Kalupgí
	Kalapkínig	Kalúpkínig
	Kalaáin	Kaluáin
	Kalaúazet	Kaluúazet
	Kalanín	Kalunín
	Kalaínag	Kaluínag
	Kalazimkái	Kaluzimkái
	Kalazím.	Kaluzím.

	Omnis. Omnes.	*Omnes (de personis.)*
Omnis, Omnes	Úikala	Úikalu
Omnis, Omnium	Úikalanm	Úikalunm
Omnem, Omnes	Úikalana	Úikaluna
De, per etc.	Úikalaki	Úikaluki
	Úikalapa	Úikalupa
	Úikalapg	Úikalupg
	Úikalapkínig	Úikalupkínig
	Uikalaáin	Uikaluáin
	Uikalaúazet	Uikaluúazet
	Úikalanín	Úikalunín
	Uikalaínag.	Uikaluínag.

Isí itnúgne?	Uétu isí.	Quis mortuus est?	Nemo.
Itúne euéulukse he?	Uétu itúne.	Quid desideras?	Nihil.
Mínie ekiúse he?	Uétu mínie.	Qualem adis?	Nullum.

	Pertinens ad hunc locum, vel trahens originem ex hoc loco.		Pertinens ad illum locum, vel trahens originem ex illo loco.
Incola hujus loci	Kinéme	Incola illius loci	Kunéme
Incolæ ,,	Kinémem	Incolæ ,,	Kunémem
Incolam ,,	Kinémene.	Incolam ,,	Kunémene.
Ipse huj: loci incola.	Kinémetíte.	Ipse Ill: loci incola.	Kunémetíte
(Intensive)	Kinémenníg.	(Intensive)	Kunémenníg.
Is qui est hic	Kíniku	Is qui est illic	Kúniku
Ejus ,,	Kínikum	Ejus ,,	Kúnikum
Eum ,,	Kínikúne.	Eum ,,	Kúnikúne
Is qui est citra...	Nukúniku	Is qui est ultra...	*K*upkíniku
Cujas.	Mineme.	Is qui est alic: Uter.	Míniku.

Pronomina Qualificativa.

Hipá	–itag	Pahapá	–itag
Timaná	–itag	Patimaná	–itag
Agná	–itag	Paagná	–itag
Totná	–itag	Patotná	–itag
Kuallá	–itag	Pakuallá	–itag
Attá	–itag.	Paattá	–itag.

PRÆTER: 1UM

Isakíoká	–isanag	Isakíoká	–isinag
Iniká	–isanag	Iniká	–isinag
Tanuá	–isanag	Tanuá	–isinag
Hipá	–isanag	Hipá	–isinag
Timaná	–isanag	Timaná	–isinag
Agná	–isanag	Agná	–isinag
Totná	–isanag	Totná	–isinag
Kuallá	–isanag	Kuallá	–isinag
Attá	–isanag.	Attá	–isinag.

PRÆTER: 2UM

Isakíoka	–nióka	Pasakíoka	–nióka
Inika	–nióka	Panika	–nióka
Tanua	–nióka	Patanua	–nióka
Hipa	–nióka	Pahapa	–nióka
Timana	–nióka	Patimana	–nióka
Agna	–nióka	Paagna	–nióka
Totna	–nióka	Patotna	–nióka
Kualla	–nióka	Pakualla	–nióka
Atta	–nióka.	Paatta	–nióka.

MODUS IMPERATIVUS.

Sing:		*Plur:*	
Isekíuké	-ni	Isekíuké	-nitg
Iniké	-ni	Iniké	-nitg
Tenué	-ni	Tenué	-nitg
Hipé	-ni	Hipé	-nitg
Timené	-ni	Timené	-nitg
Egné	-ni	Egné	-nitg
Tutné	-ni	Tutné	-nitg
Kuellé	-ni	Kuellé	-nitg
Attá	-ni.	Attá	-nitg.

MODUS FREQUENTATIVUS.

PRÆSENS.

Isekíuké	-itetu	Isekíuke	-iténig
Iniké	-itetu	Inike	-iténig
Tenué	-itetu	Tenue	-iténig
Hipé	-itetu	Hipe	-iténig
Timené	-itetu	Timene	-iténig
Egné	-itetu	Egne	-iténig
Tutné	-itetu	Tutne	-iténig
Kuellé	-itetu	Kuelle	-iténig
Attá	-itatu.	Atta	-itánig.

PRÆSENS: 2um

Isekíuké	-nig	Iskeíuke	-nieníg
Iniké	-nig	Inike	-nieníg
Tenué	-nig	Tenue	-nieníg
Hipé	-nig	Hipe	-nieníg
Timené	-nig	Timene	-nieníg
Egné	-nig	Egne	-nieníg
Tutné	-nig	Tutne	-nieníg
Kuellé	-nig	Kuelle	-nieníg
Attá	-nig.	Atta	-nianíg.

MODUS FREQUENTATIVUS.

PRÆTER: 1UM

Sing:		*Plur:*	
Isakíoká	–nikaka	Isakíoka	–nianíka
Iniká	–nikaka	Inika	–nianíka
Tanuá	–nikaka	Tanua	–nianíka
Hipá	–nikaka	Hipa	–nianíka
Timaná	–nikaka	Timana	–nianíka
Agná	–nikaka	Agna	–nianíka
Totná	–nikaka	Totna	–nianíka
Kuallá	–nikaka	Kualla	–nianíka
Attá	–nikaka.	Atta	–nianíka.

PRÆTER: 2UM

Isakíoká	–nikana	Isekíuke	–nienígne
Iniká	–nikana	Inike	–nienígne
Tanuá	–nikana	Tenue	–nienígne
Hipá	–nikana	Hipe	–nienígne
Timaná	–nikana	Timene	–nienígne
Agná	–nikana	Egne	–nienígne
Totná	–nikana	Tutne	–nienígne
Kuallá	–nikana	Kuelle	–nienígne
Attá	–nikana.	Atta	–nianígna.

FORMA FUTURA.

PRÆSENS.

Isekíuke	–itetéise	Isekíuke	–itetéisig
Iniké	–itetéise	Iniké	–itetéisig
Tenué	–itetéise	Tenué	–itetéisig
Hipé	–itetéise	Hipé	–itetéisig
Timené	–itetéise	Timené	–itetéisig
Egné	–itetéise	Egné	–itetéisig
Tutné	–itetéise	Tutné	–itetéisig
Kuellé	–itetéise	Kuellé	–itetéisig
Attá	–itatáisa.	Attá	–itatáisig.

FORMA FUTURA.

PRÆTER: 1^um^

Sing:		*Plur:*	
Isakíoka	-itatáisaka	Isakíoka	-itatáisika
Iniká	-itatáisaka	Iniká	-itatáisika
Tanuá	-itatáisaka	Tanuá	-itatáisika
Hipá	-itatáisaka	Hipá	-itatáisika
Timaná	-itatáisaka	Timaná	-itatáisika
Agná	-itatáisaka	Agná	-itatáisika
Totná	-itatáisaka	Totná	-itatáisika
Kuallá	-itatáisaka	Kuallá	-itatáisika
Attá	-itatáisaka.	Attá	-itatáisika.

PRÆTER: 2^um^

Isekíuke	-itetéisene	Isekíuke	-itetéisine
Iniké	-itetéisene	Iniké	-itetéisine
Tenué	-itetéisene	Tenué	-itetéisine
Hipé	-itetéisene	Hipé	-itetéisine
Timené	-itetéisene	Timené	-itetéisine
Egné	-itetéisene	Egné	-itetéisine
Tutné	-itetéisene	Tutné	-itetéisine
Kuellé	-itetéisene	Kuellé	-itetéisine
Attá	-itatáisana.	Attá	-itatáisina.

FUTURUM.

Isekíuke	-itetéisenu	Isekíuke	-itetéisinu
Iniké	-itetéisenu	Iniké	-itetéisinu
Tenué	-itetéisenu	Tenué	-itetéisinu
Hipé	-itetéisenu	Hipé	-itetéisinu
Timené	-itetéisenu	Timené	-itetéisinu
Egné	-itetéisenu	Egné	-itetéisinu
Tutné	-itetéisenu	Tutné	-itetéisinu
Kuellé	-itetéisenu	Kuellé	-itetéisinu
Attá	-itatáisanu.	Attá	-itatáisinu.

FORMA FUTURA.

CONDIT: 1UM

Sing:		*Plur:*	
Isakíoka	–itatáisanag	Isakíoka	–itatáisinag
Iniká	–itatáisanag	Iniká	–itatáisinag
Tanuá	–itatáisanag	Tanuá	–itatáisinag
Hipá	–itatáisanag	Hipá	–itatáisinag
Timaná	–itatáisanag	Timaná	–itatáisinag
Agná	–itatáisanag	Agná	–itatáisinag
Totná	–itatáisanag	Totná	–itatáisinag
Kuallá	–itatáisanag	Kuallá	–itatáisinag
Attá	–itatáisanag.	Attá	–itatáisinag.

CONDIT: 2UM

Isakíoka	–itatáisanóka	Isakíoka	–itatáisinóka
Iniká	–itatáisanóka	Iniká	–itatáisinóka
Tanuá	–itatáisanóka	Tanuá	–itatáisinóka
Hipá	–itatáisanóka	Hipá	–itatáisinóka
Timaná	–itatáisanóka	Timaná	–itatáisinóka
Agná	–itatáisanóka	Agná	–itatáisinóka
Totná	–itatáisanóka	Totná	–itatáisinóka
Kuallá	–itatáisanóka	Kuallá	–itatáisinóka
Attá	–itatáisanóka.	Attá	–itatáisinóka.

PARTICIPIALE ET NOMEN CONCRETUM.		NOMEN CONCRETUM.	
Isekíuké	–ites	Isekíuké	–nit
Iniké	–ites	Iniké	–nit
Tenué	–ites	Tenué	–nit
Hipé	–ites	Hipé	–nit
Timené	–ites	Timené	–nit
Egné	–ites	Egné	–nit
Tutné	–ites	Tutné	–nit
Kuellé	–ites	Kuellé	–nit
Attá	–itas.	Attá	–nit.

DE VERBIS IRREGULARIBUS.

Irregularia verba sunt fere omnia ex iis, ante quorum desinentiam *se*, *ze* est littera *í* cum accentu. Irregularitas, de qua hic agitur, sita præcipue est in elisione et translatione litterarum et accentuum. Cumque verba hujusmodi nec omnia, nec pari ratione sint irregularia, hinc oritur potissimum difficultas, cui ut occurratur, sequentes statui possunt regulæ:

1.ª Verba, quorum desinentiam *se*, *ze* præcedit syllaba *kí*, *pí*, *lpí*, *lkí* (et generatim si duplex consonans sit ante *í*) cum accentu, formant irregulariter tempus præteritum et futurum, paucis admodum demptis.

2.ª Irregularitas consistit præcipue in elisione litteræ *í*, et translatione accentus, qui, paucis exceptis, in futuro transit in ultimam, et in præterito in penultimam syllabam.

3.ª Verba, quorum desinentiam *se* præcedit *lpí* cum accentu, elidunt litteram *í* in futuro, non tamen in præterito tempore, ubi *í* inseritur inter *l* et *p*.

4.ª Verba, quorum desinentiam *se*, *ze* præcedit *kí*, *pí*, elidunt *í* in utroque tempore, præterito nempe et futuro.

5.ª Quædam hujusmodi verba sunt omnino regularia; quædam autem, quorum est *ze* desinentia, elisa littera *í*, inserunt aliam vocalem inter duplicem consonantem, quæ præcedit vocalem *í*.

6.ª Ut cognoscantur verba, quæ vocamus irregularia, appositus est infra Elenchus verborum irregularium, ex quo patet, quomodo in praxim deducantur irregularitatis leges, respectu præteriti indefiniti et futuri.

7ª. Ut autem respectu aliorum verbi temporum perspiciantur leges irregularitatis, consulatur Prospectus verbi juxta varias characteristicas, (præsertim secudum formam simplicem,) ubi reperiuntur verba irregularia *Inikíse*, *Hipíse*, *Ekize*.

8ª Quia tamen præsens indicativum et conditionale non in omnibus personarum relationibus, neque eadem semper ratione subeunt irregularitatem; ideo appositum est partiale paradigma exhibens prædicta duo tempora, ut intelligatur modus procædendi, quoad alia verba, respectu eorumdem temporum, quippe quæ specialem præ se ferunt difficultatem.

9ª Attamen occurrit etiam inflexio sine vocalis *í* elisione, præsertim respectu conditionalis modi in tempore præsente. Hujusmodi varietas potest considerari uti idiotismus, vel specialis dialectus; hinc fit, ut in Prospectu verbi juxta varias characteristicas ponatur præsens conditionale in plurali numero sine vocalis *í* elisione.

Nota: Plura huc facientia videri possunt in iis, quæ agentes de formandis verbi temporibus diximus.

ELENCHUS VERBORUM IRREGULARIUM.

Præsens.	*Præter:*	*Futurum.*	*Versio.*
Iyekekíse	Iyekéke	Iyekekú	*Fundo, is.*
Inikíse	Iníke	Inikú	*Pono.*
Isekíse	Iséke	Isekú	*Addo.*
Istekíse	Istéke	Istekú	*Celo.*
Nekíse	Néke	Nekú	*Existimo.*
Sukíse	Súke	Sukú	*Cognosco.*
Temenikíse	Temeníke	Temenikú	*Sero, is.*
Temikíse	Temíke	Temikú	*Sepelio.*
Uenikíse	Ueníke	Uenikú	*Nomino.*
Hipíse	Hípe	Hipú	*Comedo.*
Isepíse	Isépe	Isepú	*Onero.*
Inpíse	Inípe	Inpú	*Accipio.*
Kenpíse	Kenípe	Kenpú	*Mordeo.*
Uenpíse	Uenípe	Uenpú	*Canto.*
Misemíse	Miséme	Misemú	*Mentior.*
Sekpíse	Sekípe	Sekpú	*Vellico.*
Tekpíse	Tekípe	Tekpú	*Haurio.*
Tekilpíse	Tekilípe	Tekilpú	*Piscor.*
Nikelpíse	Nikelípe	Nikelpú	*Rapio.*
Uakalpísa	Uakalípa	Uakalpú	*Amplector.*
Uselpíse	Uselípe	Uselpú	*Remigo.*
Istokíza	Istógna	Istognú	*Utor parce.*
Listekíze	Listégne	Listegnú	*Adhæreo.*
Nistekíze	Nistégne	Nistegnú	*Laboro gravedine.*
Saikíza	Sáigna	Saignú	*Approbo.*
Ekíze	Égne	Egnú	*Video.*
Sismatíza	Sismátna	Sismatnú	*Laboro vertigine.*

Præsens.	*Præter:*	*Futurum.*	*Versio.*
Talauikíza	Talauígna	Talauignú	*Dubito.*
Tinukíze	Tinúgne	Tinugnú	*Morior.*
Atukíza	Atúgna	Atúgnu	*Experior difficile.*
Hisíze	Hísne	Hísnu	*Vinco.*
Taasíza	Taásna	Taásnu	*Extinguo (ignem.)*
Tukukíze	Tukúgne	Tukúgnu	*Approbo.*
Tupíze	Túpne	Túpnu	*Meto.*
Uleluikíze	Uleluígne	Uleluígnu	*Certo.*
Kapsíza	Kapísna	Kapisnú	*Nitor.*
Paskíza	Paságna	Pasagnú	*Esurio carnes.*
Talkíza	Talágna	Talagnú	*Desisto.*

Sequentia sunt regularia.

Ilamlísa	Ilamlía	Ilamlíu	*Liquefio (de nive.)*
Inmíse	Inmíe	Inmíu	*Edo sonum.*
Kusmíse	Kusmíe	Kusmíu	*Frigo, xi.*
Uemsíse	Uemsíe	Uemsíu	*Mutuor.*
Zepinmíse	Zepinmíe	Zepinmíu	*Derideo.*

Et generatim sunt regularia verba in *íse*, *íze* cum accentu, si ante *í* sit alia vocalis vel consonans *l*, *m*, *n*, *t;* v. g.

Mukilíze	Mukilíne	Mukilínu	*Sudo.*
Zegzemíse	Zegzemíe	Zegzemíu	*Ludo chartis.*
Keiuníse	Keiuníe	Keiuníu	*Senesco.*
Ektíse	Ektíe	Ektíu	*Marceo.*
Koisuíse	Koisuíe	Koisuíu	*Ditesco.*

Et innumera alia hujusmodi, quæ passim occurrunt.

PARTIALE VERBI ACTIVI PARADIGMA.

PRO IRREGULARIBUS.

SING: MODUS INDICATIVUS.

PERSONAR: RELATIONES.		PRÆSENS.	PRÆSENS.
In	imené he	inikíse	ekíze
„	kuniá	eunikíse	eekíze
„	etg	inikíse	ekíze
„	kunmaná	enéziníkse.	enésékze.
Im	ína	(p)íniksém	(pí)ekzém
„	kuniá	eunikíse	eekíze
„	núna kíe	néziniksém	nésekzém
„	kunmaná	enéziníkse.	enésékze.
Ipním	ína	inikíse	eekíze
„	imené he	inikíse	eekíze
„	kuniá	pénikse	péekze
„	núna kíe	inéziníkse, inikíse	inésékze, eekíze
„	etg	inikíse	eekíze
„	kunmaná	inéziníkse.	inésékze.
PLUR:			
Nun	imené he	iniksíg	ekzíg
„	kuniá	euniksíg	eekzíg
„	etg	iniksíg	ekzíg
„	kunmaná	euniksíg.	eekzíg.
Etg	ína	iniksínm	ekzínm
„	kuniá	euniksíg	eekzíg
„	núna kíe	néziniksínm	nésekzínm
„	kunmaná	euniksíg.	eekzíg.
Imém	ína	iniksíg	eekzíg
„	imené he	iniksíg	eekzíg
„	kuniá	péniksig	péekzig
„	núna kíe	inéziniksíg	inésekzíg
„	etg	iniksíg	eekzíg
„	kunmaná	péniksig.	péekzig.

SING: MODUS CONDITIONALIS.

PERSONAR: RELATIONES.	PRÆSENS.	PRÆSENS.
In imené he	inikítag	akínag
„ kuniá	aunikítag	aakínag
„ etg	inikítag	akínag
„ kunmaná	anáziníktag.	anáságnag.
Im ína	píniktamg, inikítamg	piágnamg,akínamg
„ kuniá	aunikítag	aakínag
„ núna kíe	naziníktamg	naságnamg
„ kunmaná	anáziníktag.	anáságnag.
Ipním ína	inikítag	aakínag
„ imené he	inikítag	aakínag
„ kuniá	paníktag	páagnag
„ núna kíe	ináziníktag, inikítag	ináságnag, aakínag
„ etg	inikítag	aakínag
„ kunmaná	ináziníktag.	ináságnag.
PLUR:		
Nun imené he	paníktag	páagnag
„ kuniá	apaníktag	apáagnag
„ etg	paníktag	páagnag
„ kunmaná	apaníktag.	apáagnag.
Etg ína	paníktamg	páagnamg
„ kuniá	apaníktag	apáagnag
„ núna kíe	panáziníktamg	panáságnamg
„ kunmaná	apaníktag.	apáagnag.
Imém ína	ipaníktag	ipáagnag
„ imené he	ipaníktag	ipáagnag
„ kuniá	pániksánag	páakzánag
„ núna kíe	ipanáziníktag	ipanáságnag
„ etg	ipaníktag	ipáagnag
„ kunmaná	pániksánag.	páakzánag.

DE ACCENTU VERBORUM.

Accentus verborum triplex distinguitur: accentus nempe radicalis, qui omnibus inhæret verbis; accentus compositionis, qui nonnisi verbis duplici radice coagmentatis inesse potest; inflexionis denique accentus, qui verbis plerumque obtingit per temporum inflexionem. Sic v. g.
Zikáuza *(timeo)* habet accentum radicalem
Uépsiméyuise *(ago inepte)* habet accentum compositionis in syllaba *Uép*, et radicalem accentum in syllaba *mé*.
Uépsimèyuióka (*egissem inepte*) habet triplicem accentum.
In præsentiarum porro non de triplici simul agemus accentu, sed de eo tantummodo, qui est radicalis.
Consideratis itaque verbis respectu litteralis texturæ, quæ afficere radicalem accentum possit, sequentes oriuntur verborum series.

1ª Verba, quorum accentus in antepenultima ut minimum vocali est; v. g. Tíese *(rideo)*; Temínuise *(pondero)*.

2ª Verba habentia accentum in penultima vocali, quam sequatur bina consonans; v. g. Auáksa *(non invenio)*.
Porro verba, quorum penultimam cum accentu vocalem sequitur una tantum consonatium, constituunt alias tres series, scilicet:
3ª Verba, quorum penultima vocalis *í* obonxia est elisioni; v. g. Saikíza *(approbo, mihi placet)*.

4ª Verba quorum panultima vocalis est *á*, *ó*. *ú*; et *é*, *í* partialiter v. g. Euíze (*dormito*.)

5ª Verba, quorum penultima vocalis est *é*, *í* partim; nam partim ad 4ªm pertinent seriem; v. g. Koisuíse (*ditesco*).

Notandum hic occurrit, quod in nonnullis verbi temporibus diversa accentus sedes videtur potius dialectica diffirentia, vel etiam idiotismus. Hujusmodi diversitas habet præsertim locum respectu quorumdam verborum 5[ae] seriei, quorum penultima vocalis cum accentu, simplici sequente consonante, est *é*.

Verbis in præcedentes series jam distributis, inspiciatur nunc "Verbi prospectus juxta varias characteristicas," qui tenet locum regulæ, respectu accentus omnium verborum.

Itaque sequentes formamus regulas:

1ª Verba primæ seriei modulantur accentum, sicut *Isekíuksé*, *Tímeze.*

2ª Verba secundæ seriei, ut *Tútze*, *Átza*, *Kuélze*, *Taátksa*, quod ultimum exhibetur in paradigmate verbi activi.

3ª Verba tertiæ seriei regulant accentum,sicut *Inikíse*, *Hipíse* *Ekíze.*

4ª Verba quartæ seriei etiam, ut *Tútze*, *Átza*, *Kuélze*, *Taátksa.*

5ª Verba tandem quintæ seriei modificant accentum, ut *Tenuése.*

Nunc autem, ut singularum, quas distinximus, serierum litteralis textura melius perspiciatur, et ut a similibus reliqua dignosci queant verba, exhibemus specimen uniuscujusque seriei.

SPECIMEN VERBORUM

RATIONE ACCENTUS DISTRIBUTORUM.

Prima Series.

Uapáyatasa	*Adjuvo.*
Attipázuisa	*Egredi volo.*
Titéuise	*Cæcutio.*
Zikáuza	*Timeo.*
Ílamksa	*Acervo.*
Pálaza	*Sperno.*
Timípnise	*Cogito.*
Inakásasa	*Elevo.*
Iléseze	*Edo sonum.*

Secunda Series.

Amólza	*Blandior.*
Tillápza	*Mæreor.*
Ilatápsa	*Contemno.*
Észe	*Respiro.*
Iktékse	*Tego.*
Iyákza	*Invenio.*
Tektekétze	*Nauseo.*
Iuékse	*Somnio.*
Auáksa	*Non invenio.*

Tertia Series.

Ekíze	*Video.*
Tinukíze	*Morior.*
Tupíze	*Meto.*
Sukíse	*Cognosco.*
Hipíse	*Comedo.*
Inikíse	*Pono.*
Temikíse	*Sepelio.*
Nekíse	*Existimo*
Misemíse	*Mentior.*

Quarta Series.

Pilása	*Fodio.*
Yaluáza	*Despero.*
Iptése	*Percutio manu.*
Sepéze	*Facio dicere.*
Mukilíze	*Sudo.*
Uemsíse	*Mutuor.*
Euíze	*Dormito.*
Euíse	*Ferio.*
Múze	*Voco.*

Quinta Series.

Tenuése	*Loquor.*	Iníse	*Do.*
Kúse	*Ago, Eo.*	Hanísa	*Facio.*
Mizíse	*Audio.*	Keiuníse	*Senesco.*
Uzése	*Fio.*	Aulisuísa	*Irascor.*
Íze	*Dico.*		

PROSPECTUS VERBI *UÉS* (*Sum.*)

Forma Simplex.

MODUS INDICATIVUS.

PRÆSENS.

Sing:	*Plur:*
In ués, *vel* ué	Nun usíg
Im ués, *vel* ué	Etg usíg
Ipí íues, *vel* hí, (us.)	Imé iusíg, (eusíg.)

PRÆTER: INDEF:

In uéke	Nun usíne
Im uéke	Etg usíne
Ipí iuéke, (euéke.)	Imé iusíne, (eusíne.)

PRÆTER: PROX:

In uaká	Nun usíka
Im uaká	Etg usíka
Ipí iuaká, (oká.)	Imé iusíka, (ausíka.)

FUTURUM.

In uekú	Nun usínu
Im uekú	Etg usínu
Ipí iuekú, (okó.)	Imé iusínu, (eusínu.)

MODUS CONDITIONALIS.

PRÆSENS.

In uatág	Nun usínag
Im uatág	Etg usínag
Ipí iuatág, (otág.)	Imé iusínag, (ausínag.)

PRÆTERITUM.

In uakóka	Nun usinóka
Im uakóka	Etg usinóka
Ipí iuakóka, (okóka.)	Imé iusinóka, (ausinóka.)

Nota: Ea, in quibus hoc verbum deficit, supplentur per verbum Uzése (*Fio.*)—Personæ tertiæ parenthesi signatæ usurpantur, cum verbum per quandam specialem constructionem habet significatum latini verbi *Habeo*.

EJUSDEM VERBI *UÉS* LOCALES FORMÆ VALDE USITATÆ.

Sum illinc huc-versus.

MODUS INDICATIVUS.

Sing:		*Plur:*
	PRÆSENS.	
In uém		Nun usínm
Im uém		Etg usínm
Ipí iuém.		Imé iusínm.
	PRÆTER: PROX:	
In uámka		Nun usínmka
Im uámka		Etg usínmka
Ipí iuámka.		Imé iusínmka.
	FUTURUM.	
In uekúkum		Nun usinúkum
Im uekúkum		Etg usinúkum
Ipí iuekúkum.		Imé iusinúkum.
	CONDIT: PRÆSENS.	
In uatámg		Nun usínamg
Im uatámg		Etg usínamg
Ipí iuatámg.		Imé iusínamg.

Sum illic.

MODUS INDICATIVUS.

Sing:	PRÆSENS.	*Plur*:
In uéki		Nun usínki
Im uéki		Etg usínki
Ipí iuéki.		Imé iusínki.
	PRÆTER: INDEF:	
In uékike		Nun usínkike
Im uékike		Etg usínkike
Ipí iuékike.		Imé iusínkike.
	PRÆTER: PROX:	
In uákaka		Nun usínkaka
Im uákaka		Etg usínkaka
Ipí iuákaka.		Imé iusínkaka.

Nota: Præterita verbi *Ués* in triplici forma usurpantur passim in sensu præteriti imperfecti *Eram*.

USUS VERBI *UÉS (Sum)*

SENSU LATINI VERBI *HABEO.*

Peculiaris vox verbo *Habeo* latino respondens non reperitur in hac lingua; sed idem verbum *Ués* (*Sum*) per diversum construendi modum, diversamque inflexionem refert sensum verbi latini *Habeo*.

Diversa verbi inflexio consistit in modica alteratione initialis litteræ in singulis personis tertiis utriusque numeri, ut in prospectu verbi *Ués* videre est, ubi alterationes faciendæ inter parenthesim reperiuntur signatæ.

Diversa autem verbi constructio in eo sita est, quod subjectum, relicta forma, quam postulat subjectum verbi intransitivi, assumit inflexionem *m*, *nm*, *nim*.

Denique vox, quæ in latina verbi *Habeo* constructione esset objectum, in indiana ejusmodi constructione non accipit formam objecti; sed retinet nativam vocis desinentiam.

Constructionis specimen.

Ués(Sum.)	Ués(Habeo.)
In ués miáz	Inim ués miáz
Im he ués miáz	Imím he ués miáz
Ipí íues miáz	Ipním us miáz
Nun usíg mamájaz	Núnim usíg miáz
Etg usíg mamájaz	(Imém) etg usíg miáz
Imé iusíg mamájaz.	Imém eusíg miáz.
Versio.	*Versio.*
Ego sum filius	*Ego habeo filium*
Tu es filius	*Tu habes filium*
Ipse est filius	*Ipse habet filium*
Nos sumus filii	*Nos habemus filium*
Vos estis filii	*Vos habetis filium*
Ipsi sunt filii.	*Ipsi habent filium.*

Constructio hujus verbi, in qua dicitur: *In ués miáz*, etc, significat: *Ego sum filius*, et propterea in numero plurali reperitur *Mamáyaz* (*filii*). Altera constructio *Ínim ués miáz*, etc, significat: *Ego habeo filium*, et ideo non debuit alterari pluralis numerus.

PROSPECTUS VERBI *UZÉSE* (*Fio.*)

Forma Simplex.

MODUS INDICATIVUS.

Sing:		*Plur:*
	PRÆSENS.	
In uzése		Nun uzesíg
Im uzése		Etg uzesíg
Ipí iuzése.		Imé iuzesíg.
	PRÆSENS 2UM	
In uízes		Nun peuízes
Im uízes		Etg peuízes
Ipí iuízes.		Imé ipeuízes.
	PRÆTER: INDEF:	
In uzéye		Nun peuzéye
Im uzéye		Etg peuzéye
Ipí iuzéye.		Imé ipeuzéye.
	PRÆTER: PROX:	
In uzasáka		Nun uzasíka
Im uzasáka		Etg uzasíka
Ipí iuzasáka.		Imé iuzasíka.
	PRÆTER: PERF: ET IMPERF:	
In uzeséne		Nun uzesíne
Im uzeséne		Etg uzesíne
Ipí iuzeséne.		Imé iuzesíne.
	FUTURUM.	
In uzéyu		Nun peuzéyu
Im uzéyu		Etg peuzéyu
Ipí iuzéyu.		Imé ipeuzéyu.

MODUS CONDITIONALIS.

Sing:	PRÆSENS.	*Plur:*
In uzátag		Nun pauzátag
Im uzátag		Etg pauzátag
Ipí iuzátag.		Imé ipauzátag.
	PRÆTER: 1um	
In uzasánag		Nun uzasínag
Im uzasánag		Etg uzasínag
Ipí iuzasánag.		Imé iuzasínag.
	PRÆTER: 2um	
In uzayóka		Nun pauzayóka
Im uzayóka		Etg pauzayóka
Ipí iuzayóka.		Imé ipauzayóka.

MODUS IMPERATIVUS.

Uizéi. *Fias, Esto.* Uizétg. *Fiatis, Estote.*

MODUS FREQUENTATIVUS.

	PRÆSENS.	
In uzétetu		Nun uzeténig
Im uzétetu		Etg uzeténig
Ipí iuzétetu.		Imé iuzeténig.
	PRÆSENS 2um	
In uzág		Nun uzeníg
Im uzág		Etg uzeníg
Ipí iuzág.		Imé iuzeníg.

Sing:	PRÆTER: 1um	*Plur:*
In uzákaka		Nun uzaníka
Im uzákaka		Etg uzaníka
Ipí iuzákaka.		Imé iuzaníka.

PRÆTER: 2um

In uzákana	Nun uzenígne
Im uzákana	Etg uzenígne
Ipí iuzákana.	Imé iuzenígne.

FORMA FUTURA.

PRÆSENS.

In uzetetése	Nun uzetetesíg
Im uzetetése	Etg uzetetesíg
Ipí iuzetetése.	Imé iuzetetesíg.

PRÆTER: 1um

In uzatatasáka	Nun uzatatasíka
Im uzatatasáka	Etg uzatatasíka
Ipí iuzatatasáka.	Imé iuzatatasíka.

PRÆTER: 2um

In uzetetesénе	Nun uzetetesíne
Im uzetetesénе	Etg uzetetesíne
Ipí iuzetetesénе.	Imé iuzetetesíne.

Sing:	FUTURUM.	*Plur:*
In uzetetesénu		Nun uzetetesíne
Im uzetetesénu		Etg uzetetesíne
Ipí iuzetetesénu.		Imé iuzetetesíne.
	CONDIT: 1UM	
In uzatatasánag		Nun uzatatasínag
Im uzatatasánag		Etg uzatatasínag
Ipí iuzatatasánag.		Imé iuzatatasínag.
	CONDIT: 2UM	
In uzatatasanóka		Nun uzatatasinóka
Im uzatatasanóka		Etg uzatatasinóka
Ipí iuzatatasanóka.		Imé iuzatatasinóka.

PARTICIPIA, ETC.

Uzín, *Factus.* Uzeyéi, *Non factus.*
Uzétes, *Fiendus.* Uízet, *Actus fiendi.*

EJUSDEM VERBI *UZÉSE* LOCALES FORMÆ

VALDE USITATÆ.

Fio illinc huc-versus.

MODUS INDICATIVUS.

PRÆSENS 2UM

In uzém	Nun peuzém
Im uzém	Etg peuzém
Ipí iuzém.	Imé ipeuzém.

Sing:	PRÆTER: INDEF:	*Plur:*
In uzéme		Nun peuzéme
Im uzéme		Etg peuzéme
Ipí iuzéme.		Imé ipeuzéme.
	PRÆTER: PROX:	
In uzámka		Nun uzínmka
Im uzámka		Etg uzínmka
Ipí iuzámka.		Imé iuzínmka.
	FUTURUM.	
In uzeyúkum		Nun peuzeyúkum
Im uzeyúkum		Etg peuzeyúkum
Ipí iuzeyúkum.		Imé ipeuzeyúkum.

MODUS IMPERATIVUS.

Uizém.	Uizémtg.
Fias, Esto huc-versus.	*Fiatis, Estote huc-versus.*

Fio illic.

MODUS INDICATIVUS.

PRÆSENS 2UM

In uzéki		Nun peuzéki
Im uzéki		Etg peuzéki
Ipí iuzéki.		Imé ipeuzéki.
	PRÆTER: INDEF:	
In uzékike		Nun peuzékike
Im uzékike		Etg peuzékike
Ipí iuzékike.		Imé ipeuzékike.

PROSPECTUS VERBI *KÚSE* (*Ago, Tracto, Eo.*)

Forma Simplex.

MODUS INDICATIVUS.

Sing:	PRÆSENS.	*Plur:*
In kúse		Nun kusíg
Im kúse		Etg kusíg
Ipí ikúse.		Imé ikusíg.
	PRÆSENS 2UM	
In kus		Nun pékus
Im kus		Etg pékus
Ipí íkus.		Imé ipékus.
	PRÆTER: INDEF:	
In kúye		Nun pekúye
Im kúye		Etg pekúye
Ipí ikúye.		Imé ipekúye.
	PRÆTER: PROX:	
In kosáka		Nun kosíka
Im kosáka		Etg kosíka
Ipí ikosáka.		Imé ikosíka.
	PRÆTER: PERF: ET IMPERF:	
In kuséne		Nun kusíne
Im kuséne		Etg kusíne
Ipí ikuséne.		Imé ikusíne.
	FUTURUM.	
In kiú		Nun pekiú
Im kiú		Etg pekiú
Ipí ikiú.		Imé ipekiú.

MODUS CONDITIONALIS.

PRÆSENS.

Sing:	*Plur:*
In kótag	Nun pakótag
Im kótag	Etg pakótag
Ipí ikótag.	Imé ipakótag.

PRÆTER: 1um

In kosánag	Nun kosínag
Im kosánag	Etg kosínag
Ipí ikosánag.	Imé ikosínag.

PRÆTER: 2um

In kióka	Nun pakióka
Im kióka	Etg pakióka
Ipí ikióka.	Imé ipakióka.

MODUS IMPERATIVUS.

Kúi, *vel* Kúiku. *Age, Ito.* Kútg, *vel* Kútku. *Agite, Itote.*

MODUS FREQUENTATIVUS.

PRÆSENS.

In kútetu	Nun kuténig
Im kútetu	Etg kuténig
Ipí ikútetu.	Imé ikuténig.

PRÆSENS 2um

In kog	Nun kieníg
Im kog	Etg kieníg
Ipí ikóg.	Imé ikieníg.

Sing:	PRÆTER: 1^{UM}	*Plur:*
In kókaka		Nun kianíka
Im kókaka		Etg kianíka
Ipí ikókaka.		Imé ikianíka.

PRÆTER: 2^{UM}

In kókana	Nun kienígne
Im kókana	Etg kienígne
Ipí ikókana.	Imé ikienígne.

FORMA FUTURA.

PRÆSENS.

In kutetése	Nun kutetesíg
Im kutetése	Etg kutetesíg
Ipí ikutetése.	Imé ikutetesíg.

PRÆTER: 1^{UM}

In kotatasáka	Nun kotatasíka
Im kotatasáka	Etg kotatasíka
Ipí ikotatasáka.	Imé ikotatasíka.

PRÆTER: 2^{UM}

In kuteteséne	Nun kutetesíne
Im kuteteséne	Etg kutetesíne
Ipí ikuteteséne.	Imé ikutetesíne.

FUTURUM.

Sing:	*Plur:*
In kutetesénu	Nun kutetesínu
Im kutetesénu	Etg kutetesínu
Ipí ikutetesénu.	Imé ikutetesínu.

CONDIT: 1$^{\underline{UM}}$

In kotatasánag	Nun kotatasínag
Im kotatasánag	Etg kotatasínag
Ipí ikotatasánag.	Imé ikotatasínag.

CONDIT: 2$^{\underline{UM}}$

In kotatasanóka	Nun kotatasinóka
Im kotatasanóka	Etg kotatasinóka
Ipí ikotatasanóka.	Imé ikotatasinóka.

PARTICIPIA, ETC.

Kuín, *Actus.*
Kúyéi, *Non actus.*
Kútes, *Agendus.*
Kut, *Actio.*
Kuí, *Per modum actionis.*

EJUSDEM VERBI *KÚSE* LOCALES FORMÆ VALDE USITATÆ.

Eo illinc huc-versus. (Venio)

MODUS INDICATIVUS.

PRÆSENS 2$^{\underline{UM}}$

In kum	Nun pékum
Im kum	Etg pékum
Ipí íkum.	Imé ipékum.

Sing:	PRÆTER: INDEF:	*Plur:*
In kúme		Nun pekúme
Im kúme		Etg pekúme
Ipí ikúme.		Imé ipekúme.
	FUTURUM.	
In kiúkum		Nun pekiúkum
Im kiúkum		Etg pekiúkum
Ipí ikiúkum.		Imé ipekiúkum.

MODUS IMPERATIVUS.

Kum. *Veni huc.* Kúmtg. *Venite huc.*

MODUS INDICATIVUS.

Eo illinc ulterius.

PRÆSENS 2<u>UM</u>

In kúki		Nun pekúki
Im kúki		Etg pekúki
Ipí ikúki.		Imé ipekúki.
	PRÆTER: INDEF:	
In kúkike		Nun pekúkike
Im kúkike		Etg pekúkike
Ipí ikúkike.		Imé ipekúkike.
	FUTURUM.	
In *kútenu*		Etg *pekútenu*
Im *kútenu*		Nuu *pekútenu*
Ipí *ikútenu.*		Imé *ipekútenu.*

VERBA EX *KÚSE* COMPOSITA.

Præeunti prospectui, qui exhibet verbi *Kúse* formas, quarum admodum frequens est usus, subjiciendas non abs re censuimus nonnullas ejusdem verbi compositas formas, quarum notitia nonnisi per diuturnam experientiam haberi poterit.

PRÆSENS.	PRÆTERITUM.	FUTURUM.
Kiéise	kiénie	kiéniu
Kiúse	kiúye	kiúyu
Kiuéise	kiuénie	kiuéniu
Kiéikse	kiéike	kiéiku
Kieikúse	kieikúye	kieikúyu
Kólamksa	kólamka	kólamku
Koluáksa	koluáka	koluáku
Kótoksa	kótoka	kótoko
Kúteze	kútene	kútenu
Kiátksa	kiátka	kiátku
Kokáuza	kokáuna	kokáunu
Kutipézuise	kutipézuie	kutipézuiu
Kiápiksa	kiápika	kiápiku
Kiaikápiksa	kiaikápika	kiaikápiku
Iné-kúse	iné-kúye	iné-kúyu
Inéhkuse	inéhkie	inéhkiu
Sepékuse	sepékie	sepékiu
Sapákokáuza	sapákokáuna	sapákokáunu
Tekekúse	tekekúye	tekekiú
Píkusíg	píkie	píkiu
Píkiúsig	pikiúye	pikiúyu.

ADNOTATIONES

IN COMPOSITA EX VERBO

KÚSE.

Kiéise, *facio* (,ita tamen ut explicite vel implicite concipiatur) *aliquid alicui*, est forma relativa; v. g. "Gaigáig in he kiénie ípsus." Mundas tibi feci manus.

Kiúse, *facio coram*, vel *venio coram*; v. g. "Natótap ekiúse." Patrem meum adeo.

Kiuéise, *adeo aliquid alicujus*, est forma relativa præcedentis verbi; v. g. "Kiuénim píke." Adeas matrem meam. (Meam non est explicitum in textu indiano, quia clare intelligitur ex verbi desinentia *m*.)

Kiéikse, *circumeo*; v. g. "Uihnení ikiéiktetu." Solet circumire pedester.

Kiéikúse, *circumiens adeo*, vel *itineror ad aliquem;* v. g. "Miógatúna ekiéikútetu." Soleo itinerari ad ducem.

Kólamksa, *reficio mendose factum*; v. g. "Yog keg uepsiméyuie, kólamkas ués." Quod mihi male cessit, reficere debeo.

Koluáksa, *frustra ago*, *frustra eo*; v. g. "Kúnku ikoluáksa." Semper frustra agit, (vel) frustra it.

Kótoksa, *rursus facio*, *rursus vado*; v. g. "Uatíski ipakótoka kunepgtíte." Heri reversi sunt eodem.

Kúteze, *eo facere*, vel simpliciter *eo*; v. g. "Kúte." I.–"Kútetg." Ite.

Kiátksa, *simul ago*, *simul eo;* præsertim eo sensu, quo quis aliis agentibus vel euntibus se consociat, et ejusdem actionis particeps fit; v. g. "Uétmet kiátku." Noli immisceri.– "Etg kutetesíg, ínke kiátku." Vos estis ituri, ego etiam ibo vobiscum.

Kokáuza, *prætereo, excido*; v. g. "Ínim uétu kokáunu zíekin." Mea verba non excident.

Kutipézuise, *volo ire, cupio facere*; v. g. "Ikutipézuise." Desiderat ire.— "Kúus kutipézuise." Ita volo facere.

Kiápiksa, *ago, eo*, ita ut mea actione impediam, quominus alterius actio sortiatur effectum. Quod ut pateat, ponas, me voluisse ire in silvam cædere arbores, (quas jam videram et statueram me cæsurum;) alius quidam cædit ipsissimas arbores; itaque dicam: "Kuním hámanm ína ikiápika".

Kiaikápiksa, *circumeo*, ita ut mea actione impediam, etc, ut supra; v. g. "Uétmet akiaikápiku talapózana." Ne circumeas ita, ut negligas preces.

Iné-kúse, *me facio, tracto* (ita ut implicite vel explicite concipiatur) *aliqua re*; v. g. "Iné-kúse etíski." Me tracto rubro colore, *id est* Me rubefacio. "Iné-kúse sitégki." Inficio me luto. "Ipné-kúye" (*intellige* kúski.) Bibit. "Ipné-kúteze." It bibere

Inéhkuse, *adjuvo agere, ire* v. g. "In eunéhkuse komanísna" Adjuvo ægrotum ut eat.

Sepékuse, *facio ut agat, eat*; v. g. "Kúus esepékie kuniá." Ita feci agere illum.

Sapákokáuza *facio excidere, præterire*; v. g. "In tamáluina asapákokáuna." Legem excidere feci.

Tekekúse, *ago, eo statim, parumper*; v. g. "Kaú, tekekúi." Eja, i statim.— "Itkekúye kunapgí." Illuc ivit parumper.

Píkusíg, *facimus, imus reciproce*; v. g. "Uétu táz píkusíg." Non bene agimus vicissim.

Píkiúsig, *adimus reciproce*; v. g. "Pezízpe píkiúsig." Frequenter visitamus nos mutuo.

DE USU VERBI *KÚSE.*

Verbum Kúse solet activo vel neutro sensu usurpari; ideoque transitivi vel intransitivi verbi more inflecti potest.

Si transitive adhibetur, significat *facio, ago, tracto*; si vero intransitive, significat *eo, ago.* Hoc verbum conjunctum cum variis substantivis et adjectivis assumit varias significationes.

1. *SENSU ACTIVO DICITUR:*

"In he kúse taz, kapsís." Ego te tracto bene, male.
"Kéinemeg kikétki he kiú." Ne sanguine te conspergam.
"Kúmeg sitégki he kótag." Si luto te inficerem.
"Uekénm líkis ikúse." Pluvia me modefacit.
"Háttianm kíe ikúse." Ventus nos exagitat.
"Sipgsípg inéskúye." Ipse nos inquinavit.
"Etlíkes píkum." Contaminas me.
"Gaigáig ekiú házuala." Mundabo puerum.
"Kupíp ekúye pipísne." Confregi os.
"Katát pékie samágna." Ipse scidit vestem.
"Temíg (*vel* tímeg) ekúse teesuékosne." Frango vitrum.
"Getíl ekúse ukúgne." Funem lacero.
"Laám pékuse ipégne." Panem consumit.
"Uitíg ekiú keíune." Salutabo senem inclinans caput.

2. *SENSU NEUTRO DICITUR:*

"Imíg ikiú." Decidet; v. g. calx vel res, quæ quasi adglutinata adhæret.
"Pílg ikúse" Audit; v. g. "Kaú, pílg kúi." Eja, ausculta. Quasi aliquid eximatur de obstructis auribus.
"Yúg íkus uétes." Humus resolvitur (liquescente glacie).
"Yúg íkus kus." Aqua solvitur.
"Koz yáu ikiú." Modo mitigabitur æstus. (*Vel alio sensu:*) Modo frigescet.

"Likípz ikúki." Subducitur oculis.
"Pai íkum." Apparet.
"Uétes pái íkum." Terra apparet.
"Koz pái ikiú, kúnenm kúus usíg timíne." Mox apparebit (patebit), utrum talia velimus.
"Ínim zíi kúye miáz." Fœtus mortuus est in utero meo.
"Tiipít ikúse." Aër obfuscatur. Obnubilatur cœlum.
'Iyéuiz kúse." Misere vivo, ago.
"Komáiz kúse." Doleo.
"Komáiz kúse úsus." Doleo capite.
"Peléi kúse." Oscitanter ago.
"Togs ikúse máskoi." Carbunculus dehisit.
"Likíplikíp kútetu." Soleo oscitanter agere.
"Gaáp ikúye uétes." Tellus dehivit.
"Ilépkat gaáp ikúse." Calcei rumpuntur.
"Kipíz ikúse ziuizítkt." Catena rumpitur.
"Sitúg kúse." Defetiscor.
"Zaláizalái kúse." Quatio caput.
"Zizegmítiz kúse timíne." Palpitat mihi cor. Expavesco.
"Zizkúp kúse timíne." Excedo corde (ex repentino casu).
"Hauláp kúse." Expergiscor
"Lammátiz ikúse." Moleste agit.
"Isíkis ekiú timíne." Expavescet.
"Túskeg kúse." In altum tendo.
"Uáyat kiú." Ibo longe.
"Mipg kúse?" Quo vadis?
"Uézu kiú lilóipg." Non amplius gaudebo.
"Uézu kúse." Desino.

DE VERBORUM CONSTRUCTIONE.

1. Verba hujus linguæ possunt transitivam et intransitivam significationem, ac proinde respondentem constructionem assumere, iis tantummodo exceptis, quorum absona evaderet significatio; v. g.
"In timípnise." Ego cogito.
"In etimípnise kuniá." Ego cogito illum.
"Im lilóiza." Tu gaudes.
"Im lilóiza kínki." Tu gaudes de hoc.
"Im allóiza kuniá." Tu gaudes (illum) de illo.
"Ipním pétenuése kuniá." Ipse alloquitur illum.
"Ipí itenuése petúki." Ipse loquitur de quibusdam rebus,

2. Quædam verba, manente transitiva significatione, solent etiam construi more intransitivorum; v. g.
"Nun hanisíg inít." Nos ædificamus domum.
"Nun ahanisíg iníne" Nos ædificamus domum.
"Etg uepsiméyuisig petúpg." Inepte agitis res.
"Etg upsiméyuisig petúne." Inepte agitis res.
"Imé ipéuisig hipt." Quærunt cibum.
"Imém pepéuisig hipíne." Quærunt cibum.

3. Verba omnia essentialiter intransitiva, accedentibus præfixis vel desinentiis quibusdam, ex quibus, modificato verbi sensu, oriuntur verba composita et derivata, fiunt transitiva; v. g.
"In pinmíkse." Obdormio.
"In tepinmíkse he." Ego loquens efficio, ut tu obdormias.
"In uéikse." Ego eo trans (puta) flumen.
"In he inehuéikse." Ego transfero te (puta) trans flumen.

4. Verbi subjectum et objectum non oportet exprimi, si sit pronomen, quod ex verbi inflexione necessario intelligitur; v. g.
"Ína ipataátka." Me corripuerunt.

"Kúus pínime." Mihi ita dixisti.
"Mínie pétenuése?" Quem alloquitur.

5. Si quando præter objectum aderit, juxta nostrum concipiendi modum, terminus *cui* vel *a quo*, in phrasi indiana terminus hujusmodi erit objectum verbi; id autem, quod secundum nostram cogitandi rationem est objectum, in dictione indiana erit complementum. Sic dicitur, v. g.
"In he iníse tamáluit." Do tibi legem.
"Kuniá pepéguisene samg." Ei furati sunt vestem.
"Íne ipehísne síkem." Mihi vicerunt equum.

Quarum dictionum in textu indiano hæc est grammaticalis constructio: Do te le*x*. Eum furati sunt vestis. Me vicerunt equus. Ubi notandum occurrit, in lingua latina exprimi non posse illas tres voces *lex*, *vestis*, *equus* juxta vim phrasis indianæ; quia *lex*, *vestis*, *equus* in latina lingua exprimunt subjectum, dum desinentiæ vocum indianarum *tamáluit samg*, *síkem* significant aliquid absque ulla determinata desinentia.

6. In construendis verbis reflexis objectum præponitur verbo, ita quidem, ut plerumquem ex verbo et objecto fiat quid unum. (Vide tractatum de pronomine.) Sic dicitur, v. g.
"Laám imátamapáiku." Ex toto te manifestabis.
"Uétmet iméstek u." Noli te occultare.
"Nunmáin ipnánia iyéuiz." Pro nobis se fecit miserum.
"Uétu namópziánu." Non nos occidemus.
"Uétmet iméniku aiízg." Noli te committere in periculum.

7. In construendis verbis compositis ex *sapá*, si exprimi oporteat terminus *a quo*, in dictione indiana erit *per quem*, scilicet non erit agens, sed instrumentum; v. g.
"In he sapopáyatayu titókaki." Faciam te adjuvari ab hominibus.
"Ína isepulétpeye kunkí hámaki." Fecit me ligari ab illo viro.

"In kínia esepéiyéunu Anieuatóki." Hunc faciam misericorditer tractari a Deo. (Nempe.) Ut Deus hujus misereatur, faciam.

8. In construendis verbis relativis sumatur objectum verbi, et fiat quæstio: *Cujus res?* Quo facto, terminus *cujus* erit objectum in phrasi indiana, et terminus *res* erit complementum; v. g.
"In he haniánia inít." Tibi ædificavi domum.
"He itaatkánia miáz." Corripuit tuum filium.
"Kuniá pópziaunáisana pist." Ejus occiderunt patrem.

Nota: Ut hæc intelligantur, videantur quæ fusius dicta sunt de verbo relativo.

9 Quando verbi objectum ejusque complementum possessionem exprimens constituunt quid unum, ut sunt corporis membra et indumenta respectu hominis, poterit interdum loco verbi in forma relativa adhiberi simplex verbi forma, dummodo terminus exprimens indumentum vel membrum construatur cum affixo *pe*. Sic dicitur v. g.
"Ína iptéye usúspe." Me percussit in capite
"Ína ipténie úsus." Mihi percussit caput.

10. Verba relativa possunt etiam, si opus est, construi sensu reflexo; v. g.
"Inópziaunáisa zillákt." Occido meum corpus.
"Imátamapaikániu kapsísuit." Manifestabis tua peccata.
'Ipnésepelukénie kapsísuit." Occultavit sua peccata.
"Namátaatkániu ziuetisuítg timíne." Corripiemus cor nostrum pronum in malum.
"Namátiakalikániu auális timíne." Cohibebimus iracundum cor nostrum.

11. Verba intransitiva cum complemento postulant costructionem complementi cum uno ex affixis, quæ habent vim latinarum præpositionum; quodnam vero affixorum sit usurpandum,

dependet omnino ex verbi significatu v. g.
"Itúki izíegne?" Qua de re locutus est?
"Mamáyazki timnénekse." Filiorum causa sum inquietus.
"In galéleize talapózaki." Operam do orationi.
"Ogógapg ikomáiza." Ægrotat tussi.
"Láutuaki ikizéize." Se pudet amici.

12. Verba intransitiva, quæ habent subjectum conjunctum cum aliqua qualificatione possessionem exprimente, (v. g. filius *ejus*, pater *meus*, equus *noster*, etc.) postulant specialem constructionem, quæ nostrum cogitandi modum excedit. Itaque, cum occurrunt hujusmodi verba, quæratur: *cujus res?* Quo facto, terminus *cujus* assumit inflexionem *m*, *nm*, vel *nim*, cujus est possessionem significare; terminus autem *res* nullam accipit inflexionem, sed retinet radicalem desinentiam; *verbum* denique concordat cum numero et persona termini *cujus*; attamen si terminus *cujus* erit in tertia persona, huic præponitur præfixum *a* vel *e*, juxta euphoniæ regulas; v. g.
"Núnim itg peuzéyu zillákt." Nostrum corpus fiet pulvis.
"Núnim petnúgne miáz." Filius noster mortuus est.
"Ínim itg uzéyu zillákt." Corpus meum fiet pulvis.
"Ínim tinúgne miáz." Meus mortuus est filius.
"Ipním akomáiza píst." Pater ejus ægrotat.
"Imém epetkéuye kokuálg." Bos eorum cecidit.
Ut hæc melius intelligantur, vide: De usu verbi *Ués*, ubi plura reperiuntur.

13. Latinæ loquendi formæ "dicitur, dictum est, dicetur" et simeles, vertuntur in sequentes formas "dicunt, dixerunt, dicent;" v. g.
"Kúus itamtáizig." Ita narratur.
"Uétu kúus iizíg." Non ita dicitur
"Kuniá pópziáuzana." Ille occisus est.
"Ína ipatamtáina." Mihi dictum est.
"Kuniá pataátksanu." Corripietur.

MODUS EXPRIMENDI INFINITIVUM.

Ut in contextu sermonis exprimatur infinitivum verbi, duplex est modus; primus per verba composita, alter per nomina verbalia.

Per verba itaque composita, quæ æquivalent verbo finito cum infinito simul, significantur notiones *incipio*, *finio*, *volo*, *eo*, *venio ab*; v. g.

Hiptúise, *Comedere incipio*. Hipnakása, *Finio comedere*. Hiptipézuise, *Desidero comedere*. Hiptéze, *Eo comedere*. Hiptéuise, *Venio a comestione*.

Hinc jam patet, quam coarctatus in hac lingua sit usus infinitivi, juxta nostrum cogitandi modum.

Alter insuper modus exprimendi infinitivum est, si nomina verbalia per affixorum usum modificata usurpentur. Duo hic occurrunt notanda; primo, affixorum vim esse omnino eamdem ac latinarum praepositionum. Secundo, nomina verbalia, praeter substantivam significationem, præseferre etiam sensum infinitivi latini, quia per talia nomina indicatur aliquid per se indefinitum. Quod autem more nominum inflecti queant, id pendet ab indole hujus linguæ, ubi omnes orationis partes diversimodis inflectuntur. Sint itaque exempla:

"Timmíuze kutg." Cogito ire.
"Inátamáluia miogatúna kiútg." Statui adire ducem.
"Inátamánisa kapsísuítki." Mihi exprobro peccasse.
"Uépsiméyuise ziekípg." Nescio loqui.
"In ezúkueze uenpíne." Scio cantare.
"In zikáuza tinukípg." Timeo mori.
"In azkáuza tinukíne." Timeo mori.
"Ináyaluáza atítg, azítg." Despero egredi, ingredi.
"Uépsiméyuise kusmítg." Nescio frigere.

Nota: *Uenpíne* et *tinukíne*, hæ duæ voces non debent creare difficultatem; nam eas inflexi instar objecti, ut ostenderem verbum finitum regens infinitivum posse variam habere constructionem, quin significatus dictionis subeat alterationem.

MODUS EXPRIMENDI VIM VERBORUM

POSSUM ET *DEBEO.*

Quamvis desint specialia verba, quibus exprimatur materialis harum vocum sonus; attamen non desunt rationes, quæ rite indicent eorumdem significatum. Generalis quædam loquendi ratio, qua verborum *Possum* et *Debe* vis significetur, est participialis forma, quæ composita cum verbo *Ués*, instar auxiliaris verbi, refert sensum horum verborum; v. g.

"In ués ziegnes."	*Ego possum* vel *debeo loqui.*
"In ués hipés."	*Ego possum* vel *debeo comedere.*
"In ués áttas."	*Ego possum* vel *debeo egredi.*
"In ués uekítikes."	*Ego possum* vel *debeo decernere.*

Utra vero sit significatio, ex sermonis contextu colligendum est. Hæ dictiones in sensu verbi *Debeo* vertuntur litteraliter hoc modo: Mihi loquendum est, etc.

Est et alia construendi ratio, quin significatus alteretur; v. g.
"Ínim ues ziégnes." Mihi loquendum est. Meum est loqui.
Obiter animadvertimus participialem formam habere activum et passivum significatum pro varietate constructionis; v. g.
"In ués kiútes titókana." Ego debeo adire homines.
"In ués kiútes titókanm." Ego debeo adiri ab hominibus.

MODUS EXPRIMENDI *POSSUM* IN SPECIE.

Multimodis exprimi potest vis verbi *possum*, ut ex-sequentibus dictionibus colligere pronum est.

"In ués kapskáps. Ínim ué kapísin." Habeo potestatem.

"In eléuisze ziégne." Habeo loquendi facilitatem.

"Ipním uétu pátukza ziégne." Ipse non habet loquendi difficultatem.

"In uétu minmaí pinmíkse." Nulla ratione dormio.

"Ipním pupsiméyuise úikalana." Ipse est ad omnia impos.

MODUS VERTENDI GERUNDIUM IN *DO*.

Duplici ratione enunciari potest forma verbi, quam grammatici vocare consueverunt gerundium in *do*.

Primum, si per gerundium hoc indicari voluerit modus actionis, usurpanda erit illa derivata forma verbi, per quam significatur modus actionis; v. g.

"Sepnií lauít mizítes he ués." Sciscitando potes clare intelligere.

"In talapózaza uenpeí." Oro cantando

"Kuí inásaikíptasa, uétu siuí" Bibendo me medico, non ungendo.

"Kokuálg hiluskeí inéhneze." Adduco bovem pellendo.

"Timipnií italapózaza." Orat cogitando.

Secundo, si per gerundium significari voluerit, non modus actionis, sed circumstantia alia, puta. occasio, in qua quid accidit, tunc abhibebitur nomen verbale, vel, quod idem est, infinitivum cum affixo *pe*. Sic dicitur, v. g.

"Uíhnepe tekekúpe uéyug." Eundo cecidi et fregi mihi crus.

"Ipskelínikítpe timmíuze." Deambulando cogito.

"Kútpe itnúgne." Eundo mortuus est.

"Talapózapa pinmíkse." Orando obdormio.

"Tamtáipa in uyétimnénekse." Concionando inquietor per vices.

DE VERBORUM COMPOSITIONE.

De verbis compositis acturi ante omnia animadvertimus, duplex dari compositionis genus; aliud enim efficitur per modum "præfixi," præponendo nempe verbis quasdam particulas, quæ ita verbi conceptum alterant, ut primitiva verbi notio adhuc emineat; aliud autem compositionis genus fit per modum "affixi," appingendo scilicet radicibus verborum quasdam desinentias, quæ ita afficiunt primitivam verbi notionem, ut conceptus per hujusmodi desinentias additus eminere dicendus sit. Huic duplici compositionis generi aliud foret subnectendum, cum nimirum duo verba ita in unum conflantur, ut inde unica vox oriatur.

Itaque dicendum erit 1º de iis particulis, quæ verbis præfiguntur; 2º de variis desinentiis, quæ verbis affiguntur; 3º denique de ratione practica, qua juxta certas leges compinguntur in unum partes verbum componentes.

DE COMPONENTIBUS INSTAR *PRÆFIXI.*

1º ILE. Hæc vocula (,quæ ita alteratur, sicut reliquæ, pro natura vocalium verbi, cui præponitur, ut fiat *Ila,*) non una ratione afficit verbi notionem.

a) *Ile* innuit actionem verbi fieri loquendo; hinc dicitur:
Iletíese, *loquens rideo.*
Ilapáyuza, *verbis adjuvo;* suggerendo, puta, rationem agendi.
Ilapálaza, *dictis aspernor*; v. g. Iná-lapálaza. *Dictis me contemno.*

Iléueksúze, *loquens sedeo.*
Ilétimnénekse, *verbis exprimo meam commotionem.*
Iléimiúze, *alloquor comiter.*
Ilépskoyése, *verbis imitor, repeto*; v. g. Na-tótap eulépskoyése. *Patris mei refero dicta.*
Ilépkiyéuze, *loquens misereor*; v. g. Iné-lepkiyéuze. *Miserum me dico.*
Ilezímkse, *verbis abjicio, aversor*; v. g. Iné-lezímkse. *Loquor demisse de me.*
Iléuselíkse, *loquens surgo.*
Iléusétu, *loquens sto.*

Quæ omnia sane ostendunt, quod assertum est, nimirum voculam *Ile* indicare actionem fieri loquendo.

b) *Ile* indicat insuper actionem verbi produci per æstum; hinc dicitur

Ilétinúkse, *præ æstu morior.*
Iléteémkse, *obfuscor præ igni, fumo.* Sic impersonaliter dicitur: "Iléteemkse," id est *Aër* (per fumum ex combustione exortum) *obfuscatur.*
Ilálaámksa, *igni consumor*; v g. Ézu ilálaámksa. *Lignum ardendo consumitur.*
Ileléseze, *æstuans strepo*; v. g. Álla ileléseze. *Ignis ardens crepitat.*
Ilepílikse, *præ æstu erumpit flamma*: v. g. Álla ilíuze, métu koz uétu ilepílikse. *Ignis ardet, sed nondum flammescit.*

Nota "Pílikse" suggerit ideam forandi; et ignis perforat struem lignorum, cum erumpunt flammæ.
Ilázikóiksa, *pigrito præ æstu.*
Ilákomáiksa, *præ æstu ægroto.*
Ilapáiksa, *mico, rutilo*; v. g. Gezíu ilapáiksa. *Stella micat.* Quasi ardens se prodit; nam "Páiza" est *appareo.*
Quæ omnia rursus demonstrant, vocula *Ile* significari actionem fieri per æstum, ignem.

Occurrunt tamen verba, quæ aliam videntur habere significationem; dicitur enim:

Ilékze, *lacrymans respicio;* v. g. Miáz ilékze. *Puerulus respicit lacrymans.*

Uétu eulékze uétesne, zauín zíekze. *Non video terram,* (dixit cæcus quidam,) *tamen loquor.*

Hæc etsi creent difficultatem, dant tamen aliquid lucis, qua potest forte statui, generalem particulæ *Ile* notionem in eo sitam esse, ut indicetur actio effecta per quamdam palpitationem, commotionem vel vibrationem. Cæcus enim privus luminis etiam aliquantuli rite dixerit: "Uétu eulékze uétesne." Nam is, si non ex toto careret oculorum luce, palpitantibus saltem oculis, terram videret. Et in pueruli lacrymantis et respicientis oculis, sicut in omnibus, quæ supra posuimus, notio palpitationis et commotionis non videtur ab res. Vel quis meliori forsan ratione dicet: Voculam *Ile* non unam esse radicem.— Hæc jam nimis prolixe enodata sufficiant.

2º INÁH. Hæc vocula significat, facere ut res vel persona cujusdam actionis impos agat opere physico alieno. Hinc dicitur:

Inágpáiksa, *adduco.* Sic intellige: Páiza (unde Páiksa) est *venio, appareo.* Nunc ponamus lignum vel quid aliud incapax actus veniendi. Ponamus insuper, te efficere, ut lignum tuo opere physico veniat, quia v. g. gestas; hinc dicis: In hézu inágpáiksa. *Lignum affero.*

Alterationem litteræ *h* in *g* ne attendas, quia hujsmodi alterationes passim occurentes non afficiunt vocularum componentium significatum.

Inakátza, *educo, effero,* ex átza, *exeo;* v. g. Miásna aunakátza. *Effero filium.*

Inéhuéikse, *transfero, trajicio,* ex uéikse, *transeo;* v. g. ab hac ad oppositam fluminis ripam; Sic dicitur, v. g. In he inéhué-

iku. *Ego te transfretabo*, (puta, navicula.)

Inékoímkse, *asporto in altum*, ex koímze, *ascendo*. Lapis, puta, non potest ascendere; sed mea opera facio ut ascendat, quia, v. ġ. gesto; hinc dico: In pisuéne eunékoímke. *Ego asportavi lapidem in altum.*

Inágtalapózaza, *facio, adjuvo orare*; v. g. In aunágtalapózaza kínia kamainísna. *Adjuvo hunc ægrotum orare.*

3º ÍPSKE. Vocula hæc indicat actionem fieri opere pedum, vel dum pedes agunt.

Ipskelínikse, *deambulo*, ex radice línikse, cujus notio est *moveo*; itaque per pedum motum apte indicatur deambulandi actio.

Ipskalásasa, *ascendo pedester.*

Ipskekéikse, *circumeo pedester.*

Ipskeuíhneze, *abeo, proficiscor pedester.*

4º KE. Per hanc voculam significatur actio facta dentibus vel ore.

Ketínkse, *produco mortem per esum*, ex tinukíze, *morior*; v. g. Zikámkal ipné-ketínke nukútki. *Canis se occidit carne*, (puta, cui erat immixtum venenum, quamque comedit.)

Ádam ipne-ketínke temenítki. *Per fructus esum Adam sibi causavit mortem.*

Kezuéikse; Iné-kezuéikse, *afficior frigore loquendo*, (aperire enim oportet os.)

Kesúpse, *absido dentibus* (,puta panem, fructum).

Kenéhpte, *teneo dentibus*; v. g. Zikámkalm pekénehpte házuala maziúpe. *Canis tenet dentibus aurem pueri.*

5º KESÍM. Vocula hæc indicat actionem fieri ex ira, vel male.

Kesímzíekze, *iratus loquor.*

Kesímtímeze, *male signo, scribo.*

6º MÁI. Hæc vocula innuit actionem fieri *mane.*

Maipáinu uatísg. *Cras veniam primo mane.*

Maitalapózaza. *Oro primo mane.*
Mayuitípsa, *Comedo primo mane.*

7º MIS. Hæc vocula indicat actionem per auditum exertam.
Miszúkueze, *scio per auditum*; v. g. Uétu miszúkueze he. *Nescio quid dicis.* Nempe, audio te loquentem, sed non assequor tuam mentem.
Misíueze, *audiens non cognosco*; v. g Ína imisíueze. *Ipse audiens me non cognoscit.*
Mizkuínekse, *credo*, nempe, puto verum quod audio.
Mispeléikse, *non intelligo quæ audio.*
Mislamámtza, *nauseo quæ audio.*

8º NIKE. Vocula hæc exprimit actionem fieri vi, distractione partium componentium, vel disjunctione.
Nikeuyúize, *separo vi*; v. g. Hámana uág háyatuna uétu isínm inésnikeuyúinu *Nemo separabit conjuges.*
Nikekúpse, *frango, rumpo*; Hezúne enkekúpe. *Fregi lignum.*
Niketímkse, *frango, rumpo*; v. g. Téesne enketímke. *Confregi glaciem.*
Nikagtátksa, *scindo*; v. g. Samágna ankagtátka. *Vestem scidi.*

9º PI. Hæc vocula dicit actionis inter duos vel plures reciprocationem.
Pihimkazáksig, *vicissim* deosculamur.
Pimizisíg. *mutuo audimur.*
Piámkzig, *congregamur.*
Pihetéuise titókan. *Mutuo se amant homines.*

10º SEPÉ. Hæc vocula significat, facio ut aliquid fiat.
Sepéuzése, *facio fieri*; v. g. Kakalá íues, kalaná Akamkínikum pesepéuzéye. *Omnia, quæcumque sunt, Deus fecit ut fierent.*
Sapánisa, *facio facere*; v. g. Asapániu iníne, *faciam ædificare domum.*
Sepétkelékse, *satio*, nempe facio ut saturetur; v. g. Esepétke-

léku titókana. *Saturabo homines.*

Sapallóiza *facio gaudere.*

